


DE GRAECORVM PRECATIONIBVS QVAESTIONES


SCRIPSIT

CARLOVS AVSFELD
DR. PHIL.

COMMENTATIO EX SVPPLEMENTO VICESIMO OCTAVO ANNALIVM PHILOLOGICORVM SEORSVM EXPRESSA



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII



1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

DE GRAECORVM PRECATIONIBVS QVAESTIONES

SCRIPSIT

CAROLVS AVSFELD, Karl Friedrich Ferdinand Oscar Rudolf
DR. PHIL.

COMMENTATIO EX SVPPLEMENTO VICESIMO OCTAVO ANNALIVM PHILOLOGORVM
SEORSVM EXPRESSA



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII

Paginarum numeri iidem sunt supplementi vicesimi octavi annalium philologorum

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

In cultu cuiusque gentis, cuiusque aetatis, quae rationes inter homines et deos intercedant, optime illustratur precibus cum publice tum a privatis ad deos missis. Cum vero precibus omnium populorum et quae more maiorum sancita quaeque tempore sollemniter ac rite formulis sacris concepta sunt, per saecula retineantur sacris in caerimoniis ac ritibus et paulatim antiquis formis insinuentur novae rationes, facilius possumus pervestigare atque intellegere, quo ex fonte profectae quaque via progressae sint sententiae illae rituales. Hanc in sententiam tractare mihi proposui preces Graecorum, quorum cultus atque ritus quantum et in rebus publicis et privatis valuerint nemo nescit, quantumque nostris quoque in rebus sacris adhuc vigeant magis magisque intellegimus.

Multi viri docti de precibus Graecorum disputaverunt multaque collegerunt multasque adnotaverunt rationes, quae in precatione respiciendae sunt. Imprimis *Naegelsbach: Homerische Theologie* 1840 de Homericis precibus optime disseruit, *Autenrieth* tertia curata editione 1884 cf. p. 197 sqq. nonnulla notabilia in notis attulit. Idemque *Naegelsbach: Nachhomerische Theologie* 1857 de insequenti aetate multa explicavit atque testimoniis illustravit; itemque *E. v. Lasaulx: Die Gebete der Griechen und Römer*, *ind. lect. Wirceb.* 1842 paucis paginis magnam copiam testimoniorum inter se respondentium congessit multasque rationes gravissimas perstrinxit. Praeterea adhibui *C. Fr. Hermann*: *Lehrbuch der griech. Staatsaltertümer,* tom. II *Die gottesdienstlichen Altertümer der Griechen.* 1846 § 21; *Schoemann: Griech. Altertümer* tom. II^{4}. 1902. p. 262 sqq. *Stengel*: *Griech. Cultusaltertümer (Handbuch* V, 2^{2}) 1898 p. 71 sqq., ubi summatim multa referuntur exemplisque, quae quidem in promptu sint, explicantur. Planius *L. Schmidt: Die Ethik der alten Griechen.* 1884. tom. I. p. 85 sqq. et II p. 31 sqq. de Graecorum precibus disputat atque eximia affert et de tempore inde a quinto saeculo, cuius ad explicationes saepius recurram. Attamen haud supervacaneum putavi denuo res illas sacras perquirere ita, ut ea, quae viri illi docti passim dispersa et alia ratione collecta atque paucis tantum exemplis illustrata adnotaverunt, uno tenore per nonnulla saecula persequar atque eo consilio illustrem, ut et ex precandi usu eluceat, quo modo paulatim notiones atque sententiae Graecorum ex rudimentis rationum, ut ita dicam, naturalium ad honestiores illas sententias saeculi quinti, quarti seqq. pervenerint. Sed neque omnia Graecorum scripta pervestigare

neque omnia congerere potui; itaque eas potissimum preces, quibus natura ac religio cuiusque aetatis praecipue illustratur, privatas dico, perquirere conatus sum, quae quidem immissae sint dialogis poetarum tragicorum et comicorum. Atque ut exponam rudimenta opinionum plerumque formulis sollemnibus servata, magicas preces adhibui quasi fundamentum, deinde Homericae aetatis preces collegi et quae inveniuntur in Pindari, Bacchylidis aliorumque carminibus insertae preces — hymnis exceptis. Tragicos comicosque poetas perscrutatus sum omniaque exempla eximiarum precum congessi, atque ex historicorum scriptis illius aetatis nonnulla conquisivi. Atque ut explanem, quas ad maiores et honestiores sententias, inde a quinto saeculo vigentes et sensim in preces irrepentes, Graeci petentes pervenerint, utque persequar summas opiniones gravissimasque usque ad preces christianas, rationes et doctrinas philosophorum imprimis Socraticae aetatis, Xenophontis Platonis, adieci et quae mihi exempla ex Stoicorum doctrina occurrebant, adhibui.

Sed priusquam ad precationem ipsam transgrediamur, nonnulla exponenda sunt de generibus precationum, de occasione atque tempore precandi, de diis imprimis advocatis, de usu rituque precandi. Quamquam de his potissimum rebus ab iis, qui de Graecorum precibus generaliter disseruerunt, fusius actum est, tamen exemplis a me collectis praefationis atque expositionis causa denuo illas rationes colligere, demonstrare, emendare, augere studui, ut ea, quae de precibus ipsis exponam, eo clarius intellegi possint. Iam vero primum quidem pauca praemittamus de precationum generibus. Discernuntur primo obtutu preces, quae cum actione quadam sacra coniunctae, cum sacrificiis, libationibus cet., pronuntiantur, ferme publicae, coram coetu quodam ab uno dictae; aliud genus est privatarum, quae temporis momento postulantur quaeque sine ulla actione, quocumque sunt loco, ad deos mittuntur. Sed cum haud semper accurate diversae illae rationes distingui possint, primum sequantur exempla precum, ut ita dicam, ritualium, deinde earum, quae sine actione sacra effunduntur:

Il. I 451: Chryses verba facit in sacrificio Apollini oblato. II 412: Agamemnon Iovi bovem sacrificans precatur. III 276: in iure iurando sacrificatur atque dei ab Agamemnone implorantur. VI 305: Theano Athenae vestimentum dedicans preces effundit. XVI 233: Achilles Patroclo in pugnae discrimen misso Iovem imprecatur v. 231 στὰς μέσῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον οὐρανὸν εἰσανιδών; c alia similia: XIX 258. XXIV 308; Odyss. III 55. IV 762; Aeschy Choeph. (165) 125, ubi Electra patri mortuo libationem offer v. 479 orationem illam ab Oreste et Electra in patris tumulo pronu tiatam (cf. Eurip. El. 671, Orest. 1225). Pertinent ad has preces, ita dicam, rituales verba ab Oreste in templo Athenae facta: Aesch Eum. 235 sqq. et 287; praeterea conferantur preces apud Sophocle laudatae: El. 634. In Euripidis fabulis egregia sunt exempla: Hec. 53

Iph. Aul. 1570, de quibus infra p. 529 copiosius dicam; cf. Hel. 1584. El. 805.[1]) In Aristophanis fabulis huic generi tribuendae videntur preces, quas Dicaeopolis Ach. 247 ad Dionysium ante pompam sacram ineundam dirigit; cf. alias sollemnes precationes: nub. 264. vesp. 868. 875. pac. 974. Thesm. 282. v. Herond. mim. IV 1 sqq.

His exemplis genus illud precationum usitatissimarum sacrificantium satis illustretur, quae preces rituales plerumque coram populo circumstante velut exercitu (cf. exempla ex Iliade allata) coetu sollemni convocato (v. exempla ex Aristophanis comoediis congesta) pronuntiantur atque eae ab uno et qui dignitate et auctoritate antecedit — rex exercitui —.sacerdos coetui — et qui sive cum eo, cui sacrificium datur — liberi cum patre mortuo — sive cum ea, quae immolatur (v. Achilles cum sponsa Iph. Aul. l. l.) vinculo quodam coniunctus est. Attamen non semper pro multis preces illae rituales ab uno proferuntur — v. Il. XVI 233 Aeschyl. Choeph. (165) 124. Eurip. El. 805 al. Quibus ab exemplis profecti ad id genus precandi et precantium pervenimus, quo pro se quisque deos adorat plerumque sine ulla sacrali actione, prout temporis momentum postulat, quodque genus praecipue in Homericis carminibus passim invenitur. Ac primum quidem homines omnibus rerum angustiis ad preces impelluntur, quibus iis ob oculos adducitur, quanta ipsi sint infirmitate et quam incerti sint rerum eventus deorum gratia auxiliove, quacumque sit ratione, non conciliatis paratisque[2]) — velut ante pugnam, in certaminis discrimine, ante mortem, post reditum, ante alium quendam conatum: oratores orationes publicas incipientes cf. Lycurg. Leocrat. 1. 2: δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ εὐcεβῆ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆc κατηγορίαc Λεωκράτουc τοῦ κρινομένου ποιήcομαι, εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖc ἄλλοιc θεοῖc καὶ τοῖc ἥρωcι τοῖc κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμένοιc . . . Demosthen. de cor. 1. πρῶτον μὲν . . . τοῖc θεοῖc εὔχομαι πᾶcι καὶ πάcαιc . . . et talia; cf. de Pericle Plutarch. Moral. 803 A; saepius in dialogis Platonicis gravis quaestio initur deorum invocatione: Plat. rep. 4, 432 C Euthyd. 275 D Krit. 108 C. Tim. 48 D. E. legg. 10, 887 C. 893 B.

Atque per saecula paulatim maiore existimatione omnium rerum divinarum per se praevalente certae normae statutae inveniuntur,

---

1) Accedunt apud eundem poetam preces, quas Helena Hermionae mandat solvendas in tumulo Clytaemnestrae: Orest. 115 μελίκρατ' ἄφεc γάλακτοc οἴνωπόν τ' ἄχνην, καὶ cτᾶc' ἐπ' ἄκρου χώματοc, λέξον τάδε κ. τ. λ. et Iphigeniae verba Iph. Taur. 170 anapaestis lugubribus, qui vocantur, expressa et carmen illud Hippolyti, quo Artemidi coronam dedicat: Hipp. 75 sqq.

2) Sed ne actam rem agam, conferas singulis illis rationibus exemplisque ab aliis congestis: *Naegelsbach, H. Th.*[3] p. 198. *N. H. Th.* p. 212 sqq. 216 sqq. *Schmidt,* l. l. II, p. 31. *Lasaulx,* l. l. p. 9. *Hermann,* l. l. § 21 not. 3 sqq. *Schoemann,* l. l. p. 262. *Stengel,* l. l. p. 73 not. 1—3.

quando quibusque locis semper dei invocandi sint, neque solum temporis momento coacti homines deos precibus adibant. Itaque simulacra, aras, templa cet. deorum praetereuntes ad precandum commoventur non solum ita, ut precaturi illo aspectu impellantur, ut ad certum quendam deum, cuius sacrum in conspectu est, preces dirigant, sed etiam ita, ut quasi lex statuatur, ne quis deorum statuas praetereat nisi precibus effusis: v. Eurip. Hipp. 88 ἄναξ, θεοὺc γὰρ δεcπότας καλεῖν χρεών, ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύcαντος εὖ; v. 107 τιμαῖcιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆcθαι χρεών. Attamen Hippolytus Veneris statuam neglegit, quamquam serva eum admonuit, ut precaretur sicut ipsa v. 522 sqq. et senex v. 107 sqq. fecerunt praetereuntes. Similem in modum in universum postulatur, ut abeuntes atque redeuntes deos adorent: cf. Sophocl. Ai. 823. Electr. 67. Euripid. Heracl. 599, ubi Herculem adhortatur Amphitruo: προcελθὼν νῦν πρόcειπέ θ' ἑcτίαν καὶ δὸc πατρῴοις δώμαcιν cὸν ὄμμ' ἰδεῖν. — Atque brevi post a Xenophonte et Platone diserte in universum praecipiebatur, ne quid ageretur nisi deis advocatis: cf. speciminis gratia: Xenoph. Oecon. 6, 1 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν κελεύων πειρᾶcθαι cὺν θεοῖς ἄρχεcθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Plat. Tim. 27 C ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ cμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦcιν, saepius. Frequentatur illa elocutio cὺν θεοῖς, cuius genuinam vim plane perspicias ex versu Iliaco X 290, ubi de patris rebus Athenae auxilio bene gestis Diomedes dicit: cύν coι, δῖα θεάων, ὅτε οἱ πρόφραcca παρέcτηc. cf. Aeschyl. Ag. 912 τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη θήcει δικαίωc cὺν θεοῖcιν ἄρμενα. 961 οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε cὺν θεοῖς, ἄναξ, ἔχειν. Choeph. 147 ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴcθι τῶν ἐcθλῶν ἄνω, cὺν θεοῖcι καὶ γῇ καὶ δίκῃ νικηφόρῳ. Soph. Ai. 383 ξύν τοι θεῷ πᾶς καὶ γελ[illegible] κὠδύρεται. 764 τέκνον, δόρει βούλου κρατεῖν μέν, cὺν θε[illegible] δ' ἀεὶ κρατεῖν. 778 ἀλλ' εἴπερ ἔcτι τῇδε θἠμέρᾳ τάχ' ἂν γενοί-μεθ' αὐτοῦ cὺν θεῷ cωτήριοι. O. R. 145 ἢ γὰρ εὐτυχεῖς cὺν τ[illegible] θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες. Eurip. frg. 352 N[2] ὡς cὺν θεοῖ[illegible] τοὺς cοφοὺς κινεῖν δόρυ cτρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βί[illegible] frg. 490 cύν τοι θεῷ χρὴ τοὺς cοφοὺς ἀναcτρέφειν βουλεύμα[illegible] ἀεὶ πρὸς τὸ χρηcιμώτερον. Aristoph. ran. 1199 ἀλλὰ cὺν τοῖς θεοῖς ἀπο ληκυθίου cου τοὺς προλόγους διαφθερῶ. vesp. 10[illegible] ἀλλ' ὅμως ἐωcάμεcθα ξὺν θεοῖς, πρὸς ἑcπέραν. Cf. Thucyd. 86, 5 ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. Xeno[illegible] Oec. VI 1 v. l. 18. Hipparch. IX 8 cὺν θεῷ πράττειν (oppon[illegible] ἄνευ θεῶν v. Epictet. l. c. p. 509 et Trag. frag. adesp. 47[illegible] ἄνευ θεοῦ γὰρ οὐδὲ εἷς ἀνὴρ cθένει); vectig. VI 3 cὺν γὰρ inst. Cyr. XII 5, 77 θεοὺς χρὴ cὺν ἡμῖν ἕcεcθαι. (cf. quae S[illegible] et alii ll. ll. afferunt.) Eadem sententia praevaluit inde ab i[illegible] tate apud philosophos deorum cultum laudantes, ut Epic[illegible]

v. diss. 3, 21, 12 sqq.: ἀλλ' ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται μὴ θύσας τοῖς θεοῖς καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς βοηθοὺς οὐδὲ σπείρουσιν ἄλλως οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ τὴν Δήμητραν ἐπικαλεσάμενοι τηλικούτου δ' ἔργου ἀψάμενός τις ἄνευ θεῶν ἀσφαλῶς ἅψεται καὶ οἱ τούτῳ προσιόντες εὐτυχῶς προσελεύσονται: v. Antonin. ἑ. ἑ. VI 23 ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ. καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις· ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

Hoc exemplo laudato progressi sumus ad tempora diei precationi idonea, quae praecipue commemorantur in numero precandi praeceptorum; cf. Plat. legg. X 887 E θεοῖς εὐχαῖς προσδιαλεγομένους καὶ ἱκετείαις, ἀνὰ *ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων* προκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες . . .

Ad id spectant etiam praecepta Hesiodi[1]) op. 338 ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι θύεσσι τε ἱλάσκεσθαι, ἡμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ· cf. de Socrate: Plato Symp. 220 ὁ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν. ἔπειτ' ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ.[2])

Sacro illo et magico tempore diei Pindarus quoque Pelopem precem illam praeclarissimam effundentem facit: Ol. I 73 *ἐν ὀρφνᾷ.*[3]) Xenoph. rep. Laced. XIII 2. 3 de Lycurgi temporibus observat: Θύει (ὁ βασιλεύς) μὲν γὰρ πρῶτον οἴκοι ὢν Διὶ ἀγήτορι . . . αὖ θύεται Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ. ὅταν δὲ ἀμφοῖν τούτοιν τοῖν θεοῖν καλλιερηθῇ, τότε διαβαίνει τὰ ὅρια τῆς χώρας . . . ἀεὶ δέ, ὅταν θύηται, ἄρχεται μὲν τούτου τοῦ ἔργου *ἔτι κνεφαῖος*, προλαμβάνειν βουλόμενος τὴν τοῦ θεοῦ εὔνοιαν.[4])

Exempla precationum collectarum perlustranti atque disponenti mirum videtur, quam *paucae* inveniantur *gratulationes.* Quod genus precationum et spectat ad maiorem opinionem consuetudinis inter deos et homines initae et plerumque hymnis et carminibus choriacis explicatur, ut *Naegelsbach* recte *N. H. Th.* p. 214 affert. — Apud Homerum vestigia quaedam, ut ita dicam, exstant: cf. Odyss. XIII 356, ubi Odysseus post reditum nymphas ita precibus adit: 'νύμφαι νηιάδες, κοῦραι Διός, οὔ ποτ' ἐγώ γε ὄψεσθ' ὔμμ' ἐφάμην·

1) cf. *Schmidt,* l. l. II p. 31 et al.

2) De Persarum more cf. Herodot. VII 54 ὡς δὲ ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος σπένδων ἐκ χρυσέης φιάλης Ξέρξης ἐς τὴν θάλασσαν εὔχετο πρὸς τὸν ἥλιον μηδεμίαν οἱ συντυχίην τοιαύτην γενέσθαι, . . cf. Tac. hist. 3, 24, ubi milites Romani, qui e Syria venerant, secundum eundem morem solem adorant: *orientem solem (uti in Syria mos est) salutavere.*

3) cf. *Usener, G. N.* p. 336 not. 9.

4) cf. *Usener, G. N.* p. 185 not. 24. 187 not. 25. — Wellhausen: *Reste arab. Heidentums.* edit. alt. p. 115: „sie opfern dem Morgenstern das Beste der Beute", sagt Nilus, „. . . am liebsten schöne Knaben, auf zusammengetragenen Steinen, zur Zeit der Morgendämmerung." cf. *Dieterich: Abraxas* p. 159: „Beschwörung am frühen Morgen . . . bei Sonnenaufgang" . . .

νῦν δ' εὐχωλῇς ἀγανῇςιν χαίρετ'. sequuntur denuo vota et preces.[1])

Inde ab Euripidis aetate saepius laudantur gratiae deis oblatae; precibus illis a redeuntibus effusis (cf. p. 508) sensu quodam gratiae aguntur: v. Heracl. 606 δράcω τάδ' εὖ γὰρ εἶπας... χρόνῳ δ' ἀνελθὼν... οὐκ ἀτιμάcω θεοὺc προcειπεῖν πρῶτα τοὺc κατὰ cτέγας. Heraclid. 869, ubi Alcmene exclamat: ὦ Ζεῦ χρόνῳ μὲν τἄμ' ἐπεcκέψω κακά, χάριν δ' ὅμωc cοι τῶν πεπραγμένων ἔχω; cf. Elect. 563. 771. Hipp. 1169.[2])

Apud Xenophontem multa exempla praestant, quibus gratias agere iubentur homines, cf. inst. Cyr. IV 1, 2 πρῶτον μὲν τοὺc θεοὺc ἐγώ τ' ἐπαινῶ[3]) ὅcον δύναμαι, καὶ ὑμεῖc δὲ πάντεc, οἶμαι· νίκηc τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ cωτηρίαc τούτων μὲν οὖν χρὴ χαριcτήρια, ὧν ἂν ἀεὶ ἔχωμεν, τοῖc θεοῖc ἀποτελεῖν. v. VII 5, 32. Ages. XI 2. cf. Herodot. IV 136 θεοῖcί τε καὶ Σκύθῃcι εἰδότεc χάριν. Plutarch. Mor. 349 F. et *Naegelsbach, N. H. Th.* p. 214. *Schmidt,* l. l. II p. 38 sqq. Apud oratores item talia inveniuntur, ut *Meuss, Fleckeis. Jahrb.* 139 (1899) p. 464. 65 adnotat: Demosth. I 10. XV 2. prooim. 24. Dein. III 11 (Demosth. XVIII 238 mente quidem, 86, 216 actione). Herond. mim. IV 1 sqq.

In eligendo deum, qui singulis occasionibus invocetur, varia sunt respicienda; primum quidem multum interest, id quod per se intellegitur, cuius ad provinciam pertineant petita:

Ad Apollinem verba faciunt Graeci pestem deprecantes Il. I 351 (cf. I 37 v. p. 515) Odysseus in mari iactatus deum maris invocat. Odyss. V 445. Penelope mortem ab Artemide petit. XX 61 Iupiter, ut signum det, rogatur XX 98. 112; Aeschyl. Sept. 69 Eteocles Iovem et deos urbis cet. imprecatur, ut urbem servent. Choeph. init. (cf. 165. 124 sqq. 479) inferi dei implorantur ulciscendi causa, cf. Eumen. 94. Sophocl. Ai. 831 sqq. Electr. 118. Euripid. Alc. 163 Hestia, ut liberos tueatur. Helen. 1584 Poseidon et Nereides, ut mare prosperum reddant. cf. Iph. Taur. 269 saepius. Itaque planius explicatur, quem ad deum dirigantur, cuiusque in

1) De testimoniis Homericis cf. *Naegelsbach, H. Th.*[3] p. 198. *Hermann,* l. l. § 24 not. 4 (p. 107). *Stengel,* l. l. p. 72 not. 33.

2) His locis addam aliud testimonium: Hel. 1447 κέκληcθέ μοι, θεοί, πολλὰ χρηcτ' ἐμοῦ κλύειν καὶ λυπρὰ ... librorum lectionibus contra Kirchhoffii, Nauckii, Weckleinii sententias retentis atque hunc in modum explicatis: iam saepe, dei, a me invocati estis, ut et iucunda et tristia audiatis; cum χρηcτὰ vim „utilia“ neque ex sententiarum connexu neque ex insequenti voce ἐμοῦ habere possit, et vim per se habere liceat „iucunda“, cf. Medea 601 ubi χρηcτὰ et λυπρὰ hac vi opponuntur, concludendum mihi videtur imprecantes gratias egisse deis ita, ut iucunda audirent.

3) De voce ἔπαινοc cf. *Schoemann,* l. c. p. 262 not. 2 εὐχαὶ a Platone legg. VII 801 explicantur: παρὰ θεῶν αἰτήcειc, 415 B εὐχή, αἴτηcιc ἀνθρώποιc ἀγαθῶν ἢ δοκούντων περὶ θεῶν. cf. Euthyphr. 14 B Xenoph. conviv 2, 1 ὡc δ' ἀφῃρέθηcαν αἱ τράπεζαι καὶ ἐcπείcαντο καὶ ἐπαιάνιcαν.

rei angustiis. v. Xenoph. Cyneg. VI 13 εὐξαμένῳ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ ... Arrian. Cyneg. 34.[1])

Praeterea ratio habenda est, quonam cum deo precantes vinculo quodam[2]) coniuncti sint:

velut Odysseus eiusque gens saepe Athenae supplicat: cf. Il. X 278. 460. XXIII 770. Odyss. II 260. IV 762. VI 323. Euripid. Rhes. 608. Cycl. 350; vel filius deum patrem advocat.: Achilles matrem Il. I 352. Cyclops Poseidonem Odyss. IX 528. Theseus eundem deum. Eurip. Hipp. 887. 1169; cf. Pind. Olymp. VI 58 de Iamo: ἐκάλεσσε Ποσειδᾶν' εὐρυβίαν, ὃν *πρόγονον*, καὶ τοξοφόρον Δάλου θεοδμάτας σκοπόν ... Isth. V 41 Heracles Iovem patrem pro Telamone orat. Bacchyl. XVI 53 verba Minos facit ad Iovem: Ζεῦ *πάτερ*, ἄκουσον. εἴπερ μ[ε κούρ]α Φοίνισσα λευκώλενος σοὶ τέκε. Huc spectant preces a sacerdote ad deum, cui servit, effusae: cf. Il. I 37 Chryses ad Apollinem. VI 305 Theano ad Athenam. Eurip. Iph. Taur. 1082. 1398 Iphigenia ad Artemidem. Eundem fere in modum diiudicandum est, quod Glaucus ad Apollinem preces mittit, quasi patrium; venerat enim Glaucus e Lycia, terra illa vera lucis, ubi Apollo imprimis colebatur. cf. *Usener, G.N.* p. 190 sqq. Ita saepius leguntur exempla, quibus illustratur singulos viros cum deo quodam artissime coniunctos esse: cf. Aeschyl. Sept. 448. de Polyphontis et Eurip. Hipp. de Hippolyti amicitia cum Diana inita. Atque Diomedem eiusque maiores cum Pallade arte cohaerere eodem quo Odysseus vinculo privato ex Iliados versibus: V 115. X 284 elucet. Huc quadrant praeterea preces Aeschyli mysteriis initiati ad Cererem datae: Aristoph. ran. 886 et v. 892 Euripidis verba: αἰθὴρ *ἐμὸν βόσκημα*; iudicum ad Lycum heroem cf. vesp. 389 c. schol. et ad *Δία βούλαιον* et Ἀθηνᾶν βουλαίαν cf. Antiph. π. τ. Χορευτ. 45.

Praeterea addam causam haud ita parvi momenti a *Naegelsbacho* et aliis laudatam exemplisque exstructam: sacrum quoddam, quod non multum abest, persaepe ad eligendum deum impellit:

Odysseus invocat nymphas; Odyss. XIII 356 Aegisthus easdem deas Eurip. El. 805. cf. Soph. El. 635. 1376. Eurip. Suppl. init. Hipp. 116. 522 v. p. 508. Eadem de causa Phoen. 1365 ad Heram, βλέψας πρὸς Ἄργος, 1373 ad Athenam (cf. schol.) preces diriguntur. Idem valent verba Herodot. VII 191. VIII 64. Socratis preces ad Panem: Plat. Phaedr. 279 B. C.[3]) Neque omittam aliam rationem apud Graecos vigentem; utebantur saepius, cum dubitabant quem

---

1) Fusius de illa parte, quis deus imploretur, imprimis *Schmidt*, l. c. II p. 34 sqq. disputat; de exemplis Homericis conferas *Naegelsbach*, l. l. p. 216 sqq. de Euripideis: *Fr. Lübker: Zur Theologie und Ethik des Euripides* (Prg. Parchim 1863) p. 12. 13.

2) cf. *Naegelsbach*, l. l. p. 217.

3) cf. Phileb. 65 B v. p. 515.

ad deum preces dirigerent, oraculis: cf. Herodot. VII 178. 189. Xenoph. Anab. III 1. 6.[1])

Ex normis illis in eligendo deo generaliter statutis satis dilucide apparet, quam multi ac diversi dei in auxilium vocentur. Attamen nonnulla animadverti possunt, qui potissimum dei a singulis scriptoribus singulis temporibus invocati sint. Si preces carminum Homericae aetatis perlustramus, tria illa numina, Iovem Athenam Apollinem, praecipue advocari videmus:

Ζεύς: Il. II 412. III 298. 320. 350. 365. VII 179. 202. VIII 236. XV 372. XVI 233. XVII 645. XIX 270. XXI 273. XXIV 308. Odyss.: VII 331. XX 97. 112.[2]) Ἀθήνη: Il. V 115. VI 304. X 278. 283. 460. XXIII 769. Odyss. II 261. III 380. IV 762. VI 323. Ἀπόλλων: Il. I 37. 451. XVI 513. Qui tres dei in trinitatem, ut ita dicam, coniuncti in formula illa, ut suspicari, licet antiquissima, qua ea, quae optantur, nullo modo fieri posse significatur, apud Homerum usitatissimi sunt: αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον cf. Il. II 371. IV 288. VII 132 saepius[3]), quam formulam *L. Schmidt*, l. l. II 35 legitimum initium sollemnis praecationis fuisse existimat.[4]) Eandem trinitatem quasi legitimam laudat Plat. Euthyd. 302 C. D.: εἶτα τοῖς ἄλλοις, ἔφη, Ἀθηναίοις οὐκ ἔστι Ζεὺς ὁ πατρῷος; οὐκ ἔστιν, ἦ δ' ἐγώ, αὕτη ἡ ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενί, οὐθ' ὅσοι ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν οὐθ' ἡμῖν, ἀλλ' Ἀπόλλων πατρῷος διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν· Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναίη φρατρία ἀλλ' ἀρκεῖ γε, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος: ἔστι γάρ σοι, ὡς ἔοικεν, Ἀπόλλων τε καὶ Ζεὺς καὶ Ἀθηνᾶ. πάνυ ἦν δ' ἐγώ. οὔκουν καὶ οὗτοι σοὶ θεοὶ ἂν εἶεν; ἔφη. Atque apud Demosthenem XXI 198 illa trinitas quasi formula legitima legitur: νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν. Maximus Tyrius in fine capitis undecimi, quo de sententia εἰ δεῖ εὔχεσθαι disputatur,

---

1) cf. *Schmidt,* l. l. II, p. 37. 38.

2) Memoratu dignum videtur, quod plurimae preces et publicae et privatae ad Iovem directae a regibus exclamantur. In brevibus invocationibus per dialogos dispersis, quae quidem non sint exclamationes stupentium vel admirantium, quibus in exclamationibus Apollo appellatur, ut *Wilamowitz*, *Heracl.*[2] ad vss. 538 et 821 ad ὦ Φοῖβε adnotat, certae quaedam leges constitutae sunt. Apud Aristophanem tales formulae affirmationis vel admirationis ex sermone cotidiano, ut videtur, desumptae passim laudantur atque scholia normas illas deorum advocandorum accuratius explicant. cf. *Ziebarth, de iure iurando in iure Graeco. Diss. Gotting. 1892* p. 6 sqq., ubi omnes fere loci ad hanc rem pertinentes collecti inveniuntur.

3) cf. *Naegelsbach, H. Th.* p. 108 § 81.

4) In eandem fere sententiam iudicant: *Lasaulx, l. l.* p. 5 not. 13. *Naegelsbach,* l. l. p. 108. *Stengel,* l. l. p. 72 not. 6.

precatur hunc in modum: ὦ Ζεῦ καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄπολλον, ἐθῶν ἀνθρώπων ἐπίσκοποι ...[1])

E numero aliorum deorum advocatorum, quos omnes singulos enarrare supervacaneum videtur, et Poseidonem Odyss. III 55. IX 528, Artemidem: Odyss. XX 60 nymphas: Odyss. XIII 355. XVII 240 et rituales illas formulas commemorem, quibus deis advocatis ad longe aliam quandam et genuinam et vulgarem seriem deorum et quasi a ceteris rationibus carminum Homericae aetatis alienam descendimus. Il. III 276 sqq. Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε, ἠέλιος δ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ ἐπακούεις καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσῃ. et XIX 258 ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, Γῆ τε καὶ Ἠέλιος καὶ Ἐρινύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσῃ.[2])

Longe aliter res se habet posteriore aetate, apud poetas, tragicos et comicos quos quidem praecipue adhibeam: permulti dei atque deae invocantur, singuli et coniuncti, sicut argumentis singularum fabularum postulatur. Quo fit, ut apud Aeschylum et Sophoclem plerumque dei inferi et patrii, mortui advocentur:

Sept. 69 ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολισσοῦχοι θεοί, Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής. Choeph. 1 Ἑρμῆ χθόνιε. v. 124. 139 καὶ σύ κλῦθί μου, πάτερ. v. 479. Eum. 115 ὦ κατὰ χθονὸς θεαί. Soph. Ai. 831 Ζεῦ... πομπαῖον Ἑρμῆν ... ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες ... Ἥλιε ... Θάνατε, Θάνατε ... El. 67 ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐγχώριοι. 110 ὦ δῶμα Ἀίδου καὶ Περσεφόνης, ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες. v. O. C. 84.

In Euripidis et Aristophanis fabulis item multi ac varii dei et deae invocantur et maxima et inferiora numina, quae enumerare longum est, quaeque nullo modo certa quadam ratione comprehendi possunt.[3])

Iam vero satis superque mihi dictum videtur in universum de generibus precationum, de occasione precandi, de diis potissimum

---

1) Fortasse hic afferre licet haec: Aeschyl. Eum. 756 καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ, "Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε χρήμασιν οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον σῴζει με μητρὸς τούσδε συνδίκους ὁρῶν". et Iulian. orat. VII (2) 32 C καὶ ὁ νεανίσκος, Ἀλλ' ὦ μέγιστε, εἶπεν, Ἥλιε καὶ Ἀθηνᾶ, σέ τε καὶ αὐτὸν ἐπιμαρτύρομαι τὸν Δία χρῆσθέ μοι πρὸς ὃ με βούλεσθε.

2) Similiter dei coniunguntur: Aesch. Prometh. 88 sqq. cf. *Meuss*, l. l. p. 474. 75. *Ziebarth*, l. l. p. 22 sqq. *Hirzel*, *Der Eid* 127. *Papyr. Oxyrh.* I 48 et 49.

3) Neque, ut ad finem praefationis perveniam, planius de formulis illis, θεῶν τις, θεοὶ πάντες καὶ πᾶσαι neque de similibus sententiis seriem deorum advocandorum continentibus, ut θεοὶ κοινοὶ Herodot IX 90 saepius, disserere mihi proposui. De oratoribus cf. *Meuss*, l. l. p. 460 et appendic. p. 574. 75 et *Kuehnlein, de vi et usu precandi et iurandi formulis apud decem oratores Atticos. Prg. Neustadt a. d. H.* 1882 p. 9. 24. 25. 42. 43.

imploratis; neque copiosius de aliis[1]) rebus ad expositionem pertinentibus explanem nisi de more quodam non satis diserte explanato al iis, qui de precandi usu disputaverunt: Saepius commemorantur petente: clara voce preces effudisse: cf. Il. I 450 Χρύσης *μεγάλ'* εὔχετο *v.* III 275. VIII 347 μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος, v. XV, 369 e Schol. Bekk. ad. I 450 ... ὅτε κατηρᾶτο, ἡσυχῇ ηὔχετο. Schol. ad 35 ἀπάνευθε κιών: ἵνα μὴ ἀκούσωσιν οἱ πολέμιοι cet. Odyss. V 44 c. schol. cf. La Rochei editionem ad III 275; cf. verba Aianti Il. VII 193 ἀλλ' ἄγετ' ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήια τεύχεα δύω, τόφρ ὑμεῖς εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶέ γε πύθωνται ... quo ex loco minime concludi posse mihi videtur in universum σιγῇ implorari deos, ut *Schoemann,* l. l. p. 265 putat, se e contrario, etsi me non fugit Il. I 450. III 275 unum pro multi advocata contione verba facere atque ita facilius morem illum clar voce precandi intellegi posse.[2]) Apud Diogenem Laertium IV 17 p. 416 D scriptum legimus praeceptum Pythagoricorum μετὰ φωνῆ εὔχεσθαι, qui locus ita explanatur: ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶνα εὐχὰς ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων.[3] *Stengel* l. l. p. 72 morem illum cognosci posse ex humana ration atque existimatione deorum putat, idemque fere exstimat *Herman* l. l. § 21 not. 17. 18. Sed summi momenti mihi esse videtur, quo *Lasaulx* l. l. p. 5 not. 8 vim verborum εὐχή, εὔχεσθαι: *clara voc pronuntiare* explicans perstringit: „*lautes feierliches Sprechen, nac der Ansicht der Alten, dafs im Worte die stärkste Magie liege.*" Imm vero haec genuina vis praecepti clara voce precandi papyris magici illustratur: cf. *Dieterich,* papyr. mus. Lugd. Bat. πάσῃ φωνῇ *Abraxas* p. 3. 4. 16. πάσῃ φωνῇ. v. de vi magica vocis clarae: Hein *incantamenta graeca et latina* p. 465. *Lehmann-Petersen: Aberglaub u. Zauberei* p. 47. Atque ita denuo ad genuinam vim magicam e in precibus pervulgatam descendimus.

Haec satis multis verbis expositionis causa praefatus ad prece ipsas pervenimus; ac primum pauca explicemus de dispositione quam ut eo facilius perspicias, afferam nonnulla exempla eximia numero precationum his in quaestionibus tractatarum. Plerumqu sunt divisae preces in tres partes, quarum una comprehendit in

1) De gestibus, de verbis precandi, quorum ex numero praecipue urgeam vocem ἀρᾶσθαι saepe apud Homerum, postea raro usitatam, e verba καλεῖν, ἐπικαλεῖν, προσκαλεῖν, quorum de genuina vi imprimi magica infra p. 519 pauca afferam — cf. *Sittl*, *Gebärden der Griech und Römer* p. 172 sqq. et viros doctos supra laudatos.

2) cf. praecepta Oedipodi a choro data: l. c. 486 ὥς σφας καλοῦμε Εὐμενίδας ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον, αἰτοῦ σύ αὐτός, κ' εἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ, ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν, ἔπει ἀφέρπειν ἄντροφος.

3) cf. Pers. II 5: *tacita libavit* acerra, Schol. ideo palam non era *ne iniqua eorum petitio audiatur.* cf. *O. Jahn,* ad hunc locum in editio commentario instructa.

vocationem, altera semper fere media, si modo ab ceteris partibus accuratius secerni potest, omnia continet, ut generaliter dicam, quae neque ad invocationem neque ad tertiam partem, preces ipsas, pertinent; ut facile tres illas partes cognoscas, hanc precem Homericam, quam infra saepius repetam, conferas: Il. I 37 κλῦθί μοι, ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, Σμινθεῦ; pars altera: εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ; tertia pars: τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. Huius partitionis rationem secutus postea agam: primum de invocatione, quae dei nomina epithetis et additamentis aucta omnibus temporibus appellantur: cf. infra 521 cf. Soph. El. 110 ὦ δῶμ' Ἀίδου καὶ Περσεφόνης ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες, αἳ τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας ὁρᾶθ' αἳ τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους ἔλθετ' ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς φόνον ἡμετέρου, καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν, μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος. Aristoph. vesp. 875 ὦ δέσποτ' ἄναξ γεῖτον Ἀγυιεῦ τοὐμοῦ πρόσθεν προπυλαίου, δέξαι τελετὴν καινήν, ὦναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν· παῦσον τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος, ἀντὶ σιραίου μέλιτος μικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας . . .

Deinde de altera parte epica, qua multa ac varia continentur, quae etsi infra copiose demonstrabimus, hoc quoque loco non multis testimoniis diffuse proponamus: cf. p. 525. Odyss. III 380 ἀλλά, ἄνασσ', ἵληθι, δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλόν, αὐτῷ καὶ παίδεσσι καὶ αἰδοίῃ παρακοίτι, σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον ἀδμήτην, ἣν οὔ πω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ, τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασιν περιχεύας. cf. Eurip. Hec. 534. Iph. Aul. 1570 p. 529. Hel. 1441 ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλῄζει θεός, βλέψον πρὸς ἡμᾶς καὶ μετάστησον κακῶν. ἕλκουσι δ' ἡμῖν πρὸς λέπας τὰς συμφορὰς σπουδῇ σύναψαι. κἂν ἄκρᾳ θίγῃς χερί, ἥξομεν ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. ἅλις δὲ μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν πάρος . . .; postremo de tertia parte, prece ipsa; atque eam quoque nonnullis exemplis explicationis causa ostendam: cf. Aeschyl. Sept. 69 ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολλισσοῦχοι θεοί, Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής, μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανώλεθρον ἐκθαμνίσητε δῃάλωτον, Ἑλλάδος φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφεστίους· ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν· γένεσθε δ' ἀλκή· ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν· πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει; et Plat. Phaedr. 279 B. C ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίη τέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν ἔξωθεν δ' ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. Πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν· τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

I.

His exemplis, ut cuiusque partis precationis et cuiusque aetatis proprietates illustrentur atque in contextu proponantur, laudatis, transeamus nunc ad fusiorem explicationem invocationum deorum. primum quidem agemus de formulis invocationi nominis dei ipsius Ac saepius praemissis aut preces ipsas incipientibus. Quae quidem formulae omnibus temporibus usurpatae hanc fere vim praebent:

audiendi, videndi, veniendi:

κλῦθι: Il. I 37. 451. V 115. X 278. XVI 514. XXIII 770. Odyss. II 262. III 55. IV 762. V 445. VI 324. IX 528. κέκλυθι: Il. X 284. κλύε: Soph. El. 1376. κλύετέ μου: Eurip. Phoeniss. 605. ἄκουσον: Odyss. VI 325. Aeschyl. Choeph. 500. ἄκουε: Soph. El. 643. εἰσάκουσον: Eurip. Orest. 1234 saepius. ἴδοι: Aeschyl. Suppl. 206. ἴδοιτο: 210. ἐπίδοι: Suppl. 1. Sept. 485. ἐπιδέτω: Suppl. 145. θεωρὸς ... γενοῦ: Choeph. 246. βλέψον πρὸς ἡμᾶς: Eurip. Hel. 1442 saepius.[1]) ἐλθέ: Il. XXIII 770 κλῦθι θεὰ ἀγαθή μοι ἐπίρροθος ἐλθὲ ποδοῖιν. ἔλθοι: Aesch. Eum. 297. μολεῖν ἀρωγόν: 289. ἐλθεῖν ἀρωγούς: Soph. O. C. 1012. σωτῆρας ... μολεῖν: Phil. 737. v. Eurip. Orest. 1226. ἱκοῦ: 1231. ἔλθετ': Soph. El. 115. ἐλθέ: Eurip. El. 680. cf Hec. 536. Cycl. 602. Heracl. 494. Aristoph. nub. 269. Thesm. 1155 passim. φάνηθι: Eurip. Heracl. 494. Rhes. 370. v. Soph. Ai. 696. Eurip. Bacch. 1017. φάνηθι ταῦρος. Hipp. 528 φανείης.

Quibus exemplis ex ingenti numero invocationum collectis[2]), si consideramus, quae formulae rituales vim maxime genuinam atque minimam deorum existimationem praebeant, primo obtutu elucet formulis audiendi et videndi, quibus deus, ut quasi de caelo animum ad res humanas adhibeat, admonetur, maiorem deorum eorumque naturae opinionem significari quam verbis veniendi.[3]) Atque ut eo clarius edoceamur, quam proprie hae voces veniendi intellectae sint, conferamus preces magicas, quae nobis papyris traditae sunt. His enim formulae antiquissimae, quae omnibus temporibus vigebant, servatae sunt, et vetustissimae opiniones magicae explicantur, quibus deus invocatur, ut intret in precantem atque eo modo petens deus ipse fiat. cf. *Greek Papyri in the Brit. Mus.* ed. *Kenyon* 1893 p. 116 pap. CXXII ad Hermem: [ἐλθ]έ μοι κύριε Ἑρμῆ ὡς τὰ βρέφη εἰς τὰς (τα Pap.) κοιλίας τῶν γυναικῶν, ἐλθέ μοι κύριε Ἑρμῆ σύναγον ... vs. 14 ἐλθέ μοι ... vs. 84 cum alia formula magica[4]) ἤδη ἤδη ταχὺ ταχὺ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐλθέ.

1) cf. *Usener, Götternamen* p. 59 not. 7. *Lübcker: Sophocleische Theologie u. Ethik.* I (1851) p. 18 sqq.

2) De his formulis in hymnis usitatissimis v. *Adami: de poet. scaen. graec. hymn. sacr. imitator.* Jahrb. f. cl. Ph. Suppl. XXVI. p. 221 sqq.

3) cf. formulas invocandi supra allatas ἐπικαλεῖσθαι προσκαλεῖν cet. — quarum ad sententiam interpretandam copiosius revertar infra p. 517 sqq.

4) cf. *Adami,* l. c. p. 220 not. 3.

Cf. praeterea *Dieterich*, Papyr. mag. mus. Lugdun. Bat. (Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XVI) p. 803, XVIII 6: εἴϲελθε, κύριε καὶ χρηµάτιϲον ... εἰϲελεύϲεται θεόϲ. *Abraxas* p. 185, 3 εἴϲελθε καὶ ἐπάκουϲόν µοι ... 5 εἰϲελθόντοϲ δὲ τοῦ θεοῦ µὴ ἐνατένιζε τῇ ὄψει ... His formulis non solum petitur, ut veniat, sed etiam deus cogitur: cf. Papyr. Par. (*Wessely*) v. 709 µένε ϲὺν ἐµὲ (sic!) ἐν τῇ ψυχῇ µου. 3106 ἐλθὲ δέ ποτε, θεὲ, καὶ λέγε ἐν ἀνάγκῃ. v. Papyr. mag. mus. Lugdun. Bat. IV 8 ὁ δὲ ἐπάναγκοϲ, δεῦρό µοι πήξαϲ τὸν Δ τῇ ϲεαυτοῦ δυνάµει.[1]) Eandem vim magicam reperimus in precatione a Pelope ad Poseidonem effusa, quam Pindarus Ol. I 73 memoriae tradit: ἐγγὺϲ ἐλθὼν πολιᾶϲ ἁλὸϲ οἶοϲ ἐν ὄρφνᾳ ἄπυεν βαρύκτυπον Εὐτρίαιναν. ὁ δ' αὐτῷ πὰρ ποδὶ ϲχεδὸν φάνη, τῷ µὲν εἶπε.[2])

His formulis praemissis vel additis, quibus iterum ad rem magicam pervenimus, nomen dei appellatur aut nonnunquam nomen „dei certi"[3]) epitheti loco usurpatur vel alio modo deus significatur, ut exempli gratia in carminibus Homericis Athena: Διὸϲ τέκοϲ — Ἀτρυτώνη: Il. V 115, X 284. Odyss. IV 762. VI 324. Διὸϲ τέκοϲ[4]): Il. X 278. θεά: Il. XXIII 770. ἄναϲϲα: Odyss. III 380. Apollo invocatur: ἀργυρότοξε: Il. I 37. 451. ἄναξ: Il. XVI 514. 523. v. *Usener*, l. c. p. 221 not. 6. Ἀγυιεῦ: Aristoph. vesp. 875. Apud Aeschylum Eum. 115 Erinyes: ὦ κατὰ χθονὸϲ θεαί; a Sophocle O. C. 84 eaedem deae ὦ πότνιαι δεινῶπεϲ, v. 106 ὦ γλυκεῖαι παῖδεϲ ἀρχαίου Σκότου; ab Euripide Hecab. 534 Achilles ὦ παῖ Πηλέωϲ; Iph. Aul. 1570 Artemis: ὦ παῖ Ζηνὸϲ ὦ θηροκτόνε[5]) invocantur; eadem dea Iph. Taur. 1398 ὦ Λητοῦϲ κόρη. Athena: Phoen. 1373 ὦ Διὸϲ κόρη. Aphrodite: Hel. 1098 κόρη Διώνηϲ, Κύπρι. Hipp. 117 δέϲποινα, Κύπρι, 522. δέϲποινα, ποντία Κύπρι. Artemis: Hipp. 74 ὦ δέϲποινα. Iph. Taur. 1082 ὦ πότνια. Hestia: Alc. 163 δέϲποινα (cf. Schol. a. h. l.).[6]) Quam diligentissime operam navaverint, ut deus, ad quem preces dirigebantur, etsi nomen non appellabatur, recte significaretur, adverti potest etiam ex locis Homericis: cf. Odyss. II 262 c. schol., ubi Telemachus deum vocat verbis: ὃ χθιζὸϲ θεὸϲ, ἤλυθεϲ et Odyss. V 445 imprecatur Odysseus deum, qui mare perturbat, κλῦθι ἄναξ ὅτιϲ ἐϲϲί. Atque multis aliis exemplis demonstratur, quam sancte riteque servatus sit mos ille nomen rectum afferendi sive nomine

---

1) De formulis ἐλθέ cet. in omnibus papyris usurpatis cf. indices apud *Dieterich, Suppl. XVI 1888. Abraxas. Wessely, Denkschriften der Wiener Akademie.* 1888. 1893. De ἐπάναγκοϲ v. *Buresch, Klaros* p. 20.

2) cf. *Usener, G. N.* p. 336 not. 9.

3) cf. *Usener, G. N.* p. 75 not. 3 et 316 sqq.

4) De more illo addendi, unde deus vel dea natus sit, vide infra p. 523.

5) In libris extat Ἄρτεµι, quae vox, cum versui accommodari non possit, eo cognoscitur, quod supra lineam vel ad marginem ad παῖ Ζηνὸϲ adposita erat. (v. Aristoph. Lys. 341 ὦ θεά: Schol. πρὸϲ τὴν θεὰν εὔχεται).

6) cf. ad πότνια, δέϲποινα cet. *Usener G. N.* p. 222 sqq.

proprio addito sive alio modo potentia dei invocati expressa. Ut facile cognoscas omnibus temporibus morem illum vulgarem fuisse, adiungam nonnulla exempla:

Aeschyl. Ag. 160 Ζεύς, ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ, τοῦτό νιν προσεννέπω (Chor.). Eur. frg. 912, 2 N.[2] Ζεὺς εἴτ' Ἅιδης ὀνομαζόμενος στέργεις. Plat. Phileb. 12 C καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω. Optime illustratur hic ritus illo loco Platonico: Kratyl. 400 E ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὔχεσθαι, οἵτινές τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καλεῖν.[1]) Cf. praecepta quae apud Menandrum *περὶ ἐπιδεικτικῶν ... περὶ Σμινθιακοῦ* Rhet. gr. III, p. 438 l. 11 sqq. (Spengel) statuuntur: ὦ Σμίνθιε Ἄπολλον τίνα σὲ χρὴ προσειπεῖν πότερον ἥλιον ... ἢ νοῦν ... ἢ δημιουργὸν cet. et p. 445 l. 26 ποίαις σὲ προσηγορίαις προσφθέγξομαι; οἱ μέν σε Λύκειον λέγουσιν, οἱ δὲ Δήλιον, οἱ δὲ Ἀσκραῖον, ἄλλοι δὲ Ἄκτιον. Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀμυκλαῖον, Ἀθηναῖοι πατρῷον. Cf. Iuliani orat. VII 231 A (Hertlein) ὦ Ζεῦ πάτερ ἢ ὅτι σοι φίλον ὄνομα καὶ ὅπως ὀνομάζεσθαι. Servius ad Aen. II 351 et IV 577 *Pontifices ita precabantur: Iupiter optime maxime sive quo alio nomine te appellari volueris.* Vide praeterea Apul. met. 11, 2 in precatione: *sive tu Ceres ... seu tu caelestis Venus ... seu Phoebi soror ... quoquo nomine quoquo ritu quaqua facie te fas est invocare;* atque denique Arnobius III 42 de invocatione gentili explicat: *usque adeo res exigit propriatim deos scire nec ambigere nec dubitare de uniuscunque vi nominis.*[2])

Itaque summi momenti esse affert scholiasta ad Il. V 114, quae epitheta singulis in causis deis tribuantur, his verbis: οἰκείως δὲ τοῖς παθήμασι οἱ εὐχόμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἐπίθετα ποιοῦνται καὶ νῦν μὲν ὁ καταπονούμενος ἀτρυτώνην, ἡ δὲ εὐχομένη τὴν Ἴλιον σῴζεσθαι ἐπικαλεῖται τὴν ἐρυσίπολιν (VI 305), οἱ δὲ τὴν λείαν λαβόντες ἀνατιθέασι τῇ ληΐτιδι (X 460). Eadem de causa Chryses Il. I 37 Apollinem ἀργυρότοξε invocat, ut sagittas pestiferas mittat, atque talia.

Satis superque demonstratum mihi videtur esse summa cura atque diligentia per multa saecula in invocandis deis nomina tractata

---

1) cf. *Schanz: Comment. Platonic. (Festgruss d. 20. Philologenversammlung zu Würzburg 1868)* p. 109. *Lasaulx: Gebet d. Griech. u. Römer (ind. Wirceburg. 1842)* p. 6 not. 18.

2) Formulam illam *Agahdius (Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 1898 p. 132) indigitamentis tribuit.* De formula *sive ... sive* cf. Horat. carm. saec. 15 *sive tu Lucina probas vocari seu Genitalis.* εἴτε ... εἴτε cf. *Usener G. N.* p. 336 not. 11. Cf. compluria exempla a *Wissowa, Religion u. Cultus d. Römer.* Hdbch. V 4 (1902) p. 33 not. 1. 2. 3. Fortasse huc quadrant versus Aristoph. Ach. 566, ubi chorus Lamachum advocat quasi deum: ἰὼ Λάμαχ' ... ὦ βλέπων στραπάς, βοήθησον, ὦ γοργολόφα, φανείς· ἰὼ Λάμαχ' ὦ φίλ', ὦ φυλέτα. εἴτ' ἔστι ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἢ τειχομάχας ἀνήρ, βοηθησάτω τις ἀνύσας ... cumulantur epitheta, auxilium petitur.

sse a Graecis. Attamen minime miraberis, quod in precibus illa iligentia servata est, si cognoveris, quanta fuerit vis nominis et in mnibus precationibus antiquissimorum populorum et in rebus magicis. Semper semperque accuratissime vis nominis explicatur, id quod facile cognoscas ex his exemplis, quae speciminis causa, quantum fors mihi obtulit, collegi:

de efficacia nominis apud Indos cf., quae *Oldenberg, Vedareligion* pp. 310. 480/81. 515, 1. 516/17 adnotat. de Arabibus *Wellhausen: Reste arabischen Heidentums*, edit. alt. 1897 p. 213 c. not. dicit: *„für die Götter ist der Name von allerhöchster Wichtigkeit . . . der Name ist der ganze Inhalt ihrer Offenbarung . . . nur wenn man ihren Namen kennt, kann man auf sie wirken und sie anbeten.“* Idem fere de Muhamedanis p. 199. Cf. *Freudenthal, Hell. Stud. II 172.* De Aegyptiis affert *Renouf: Vorlesungen über Ursprung und Entwicklung der Religion, erläutert an der Religion der alten Ägypter (autorisierte Übersetzung. Leipzig 1881)* p. 181 *„. . an vielen Stellen gründet Osiris seine Ansprüche einfach auf seine Kenntnis der Namen der Götter. . .“ p. 211 ex hymno quodam Aegyptiaco: „Dein Name soll mein Schutz sein.“* Revertamur ad Graecorum papyros magicas. Ubique eandem opinionem invenimus. Ita papyrus, quam *Dieterich, Abraxas* p. 119 sqq. edidit, inscripta est Βίβλος ἱερὰ ἐπικαλουμέμη Μονὰς ἢ ὀγδόη Μωυσέως περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου.[1])

Ut eo clarius appareat summam vim magicam positam esse in scientia nominis, id quod semper innumerabili fere exemplorum numero demonstratur quodque, qui papyros perlegerit, facile intelleget, liceat mihi nonnullos locos efficacissimos afferre:

γνῶσις ὀνόματος passim summi momenti esse existimatur: cf. Pap. Berol. II 128 δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν. Pap. mag. mus. Lugd. Bat. ed. Dieterich, l. c. p. 799 III 196 καὶ ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου ὀν[όματος] σου γνῶσιν ἣν καὶ τηρήσω. cf. Pap. Leid. V, p. III 15.

Atque si quis nomina cognoverat, deos se plane regere atque sua voluntate eorum potentia uti posse sibi persuaserat: cf. Pap. mag. mus. Lugd. Bat. p. 800 IV 11 ἐπάκουσόν μοι, ὅτι μέλλω τὸ μέγα ὄνο[μα] λέγειν. *Abraxas* p. 177 l. 24 ἐπίβλεψόν με . . . τὸν εἰδότα σου τὸ ἀληθινὸν ὄνομα καὶ αὐθεντικὸν ὄνομα, p. 178 l. 11 μέρισόν μοι ἀγαθά, αὔξησόν μοι τὸν βίον ὅτι . . ὕμνησά σου τὸ αὐθεντικὸν ὄνομα καὶ ἅγιον . . .; passim in papyris de nominibus illis magnis atque sanctis disseritur: cf. *Abraxas* 195 l. 4 δεῦρό μοι . . . οὗ ἐστιν τὸν κρυπτὸν ὄνομα καὶ ἄρρητον ἐν ἀνθρώποις . . . Pap. Mag. mus. Lugd. Bat. p. 676 οὗτοί εἰσιν οἱ καλούμενοι πολοκράτορες

1) Vide *Dieterich, Abraxas* p. 22. 148. 160 not. 1 de deis advocatis, nomine enumeratis; cf. *Tylor, Anfänge der Cultur*, p. 368 sqq. v. p. 524 not. 3.

τοῦ οὐρανοῦ ὡς δεῖ cε ἀcπάcαcθαι ὁμοίωc ἕκαcτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι ... Pap. Paris. ed. *Wessely,* l. c. v. 1189 cὺ εἶ τὸ ὄνομα τό ἅγιον καὶ τὸ ἰcχυρὸν τὸ καθηγιαcμένον ὑπὸ τῶν ἀγγέλων πάντων ... v. 1609 ἐπικαλοῦμαί cου τὰ ἱερὰ καὶ κρυπτὰ καὶ μεγάλα ὀνόματα, οἷc χαίρειc ἀκούων. Cf. precationem illam supra p. 516 laudatam, ubi Hermes his verbis cogitur v. 20 οἶδά cου καὶ τὰ βαρβαρικὰ ὀνόματα.[1]) Sequuntur nomina illa, quibus deus significatur.

Quoniam satis dictum est de origine illius moris summa diligentia nomen dei invocati afferendi, ad aliam consuetudinem invocandi transgressi sumus, quae ex eodem fonte derivari potest. Ut enim rectum atque legitimum nomen nominetur, appellationes et epitheta deorum cumulantur atque ita πολυωνυμία deorum efficitur, qua dei celebrantur ita, ut quo maior sit numerus epithetorum, eo maiore fruantur honore dei.[2]) Optime illustratur illa consuetudo his locis: Aristoph. Plut. 1164, ubi Carion ad Mercurium dicit: ὡς ἀγαθόν ἐcτ' ἐπωνυμίαc πολλὰc ἔχειν et precatione illa a Diana ad patrem directa: Callimach. hymn. ad Dian. 7 δόc μοι πολυωνυμίαν. Atque apud omnes nationes omnique aetate hic mos pervulgaris erat usque ad id tempus, quo novi ritus statuebantur secundum quos multa verba fieri in precibus vetabantur.

Renouf, l. l. p. 83: *„in der Litanei des Gottes Ra ... wird der selbe Gott unter 75 verschiedenen Namen angerufen."* Cf. *Zimmer Altindisches Leben* p. 67. v. Lydus, de mensibus p. 118, ubi epitheta superant numerum triginta. Iulian. orat. 5, 179 D in prec ad Magnam Matrem.

Sed ex illis precibus quas ex Homerica aetate usque ad ineun saeculum quartum collegimus, nonnulla specimina, quibus epitheta cumulantur, congerere supervacaneum non erit, ut inde accuratius explicemus de forma ac vi ac ratione illorum epithetorum:

Il. I 37: κλῦθί μοι ἀργυρότοξ' ὃc Χρύcην ἀμφιβέβηκαc Κίλλαν τε ζαθέην Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάccειc Σμινθεῦ.[3]) Π 412: Ζεῦ κύδιcτε μέγιcτε κελαινεφὲc αἰθέρι ναίων. Sophocl. Ai. 835: καλῶ δ' ἀρωγοὺc τὰc ἀεί τε παρθένουc ἀεί θ' ὁρώcαc πάντα τὰν βροτοῖc πάθη, cεμνὰc Ἐρινῦc τανύποδαc. Eurip. Iph. Aul. 1570

1) Cf. *Wünsch, Seth. Verfluchungstafeln* n. 49. 52 ἐξορκίζω ὑμᾶ ἅγιοι ἄγγελοι καὶ ἅγια ὀνόματα.

2) Dei ipsi πολυώνυμοι appellantur: cf. nonnulla exempla ap *Usener G. N.* p. 334 not. 7. *Adami,* l. c. p. 240: quibus addam ex Papy magicis haec: Papyr. Paris. vss. 2745. 2765. 2815. 2831; apud *Keny* p. 82 vss. 503. 756. Papyr. 122 vs. 14.

3) Quanti aestimata sit vis illius precationis et quam vulga versus illi Homerici fuerint, ex eo lucet, quod initium invenimus in pa magica (pap. Anastasi 5), Brit. Mus. XLVII (III saecul. p. Chr.). Cf. *We (Gr. Zauberpap.* 1888) p. 9 et p. 149 sqq. *Kenyon*, l. l. p. 82 vss. 30. 36. 37, ubi Κύλλαν extat et ἐπὶ βωμὸν ἔρεψα, quae vox βωμὸν ad verb ἔρεψα eis, qui adhibebant hanc imprecationem, magis convenire videba quam νηόν, quae vox in libris Homericis legitur: cf. Schol. ad h. l.

ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε, τὸ λαμπρὸν εἱλίσσους᾽ ἐν εὐφρόνῃ φάος. Aristoph. pac. 974: ὦ σεμνοτάτη βασίλεια θεά, πότνι᾽ Εἰρήνη, δέσποινα χορῶν, δέσποινα γάμων.

Haec fere summatim de more epitheta congerendi praefatus nunc pauca dicamus de forma atque vi epithetorum. Adduntur nomini dei et substantiva, et adiectiva, et participia, et sententiae relativae. Hoc quoque loco, quamquam de eadem consuetudine in hymnis componendis adhibita *Adami* nonnulla collegit l. c. p. 242 mihi liceat ex numero precationum usitatissimas formulas et substantiva et adiectiva et participia et sententias relativas adferre, ut ex formulis collectis vim sententiarum singulis deis tributarum eo facilius eligas; quae a p. 522 alia ratione congeram.

Frequentantur substantiva: ἄνα, ἄναξ, ἄνασσα: cf. Il. III 351. XVI 233, Aeschyl. Eum. 235, Soph. El. 645. 1376, Eurip. El. 678, Cycl. 599, Aristoph. pac. 238 av. 295. cf. p. 517. πάτερ. cf. p. 522 ab Euripidis aetate δέσποινα: cf. Eurip. Alc. 163, Hipp. 117. 522, Cycl. 350, Rhes. 608, Aristoph. pac. 271. δέσποτα: Eurip. Iph. Taur. 271, Aristoph. nub. 264, pac. 385. 399, Lysistr. 940; e numero adiectivorum afferam: κύδιστε μέγιστε cf. p. 522. πότνια, πότνιε: Soph. O. C. 84, Eurip. Iph. Taur. 1082. Hel. 1093, Phoen. 1365, Aristoph. pac. 271. 975, ran. 337 passim. cf. p. 517. Deinde epitheta illa sollemnia: σεμνός: Soph. Ai. 837, Aristoph. nub. 291, pac. 974 saepius. πολυτίμητος: Aristoph nub. 269. 293, vesp. 1001, equit. 1390, av. 667, Thesm. 286, ran. 337 et alia. Participia usitatissima nominentur: μεδέων: Il. III 276 (= 320, VII 202, XXIV 308), Aristoph. Lysistr. 834, equit. 763. ναίων, οἰκῶν: cf. p. 524. Sententiae relativae: ὃς ... ἀμφιβέβηκας ... ἀνάσσεις[1]) Il. I 37. 451; ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις: Il. III 277. ὃς ... ἀνάσσεις: Odyss. XX, 112. ὃς μέδεις Τρίκκης καὶ Κῶν γλυκῆαν κηπίδαυρον ᾤκηκας: Herond. mim. 4, 1. ὃς οἰκεῖς: Eurip. Hel. 962. ὃς ... ἔχεις: Aristoph. nub. 264, ran. 659. εἴτε ... κάθησθε ... εἴτε ... χορὸν ἵστατε ... εἴτ᾽ ... ἔχετε. cf. p. 524.

Nunc autem electis atque digestis epithetis quaeramus, qua ratione illa additamenta congesta sint, atque illustremus, quae explicentur his epithetis. Nec vero, ut iam supra exposuimus, negandum est illam vocabulorum adiectionem evidentissime plerumque eo conspirare, ut dei hominum natura iudicati propitii fiant atque eo libentius petita dent.[2]) Utque his epithetis ornatui destinatis omni modo dei celebrentur, primum explicatur potentia eorum atque in universum natura et potestas singulorum deorum; tum saepe additur cognomen, quo ostenditur, unde natus sit deus[3]); deinde

1) cf. *Adami*, l. c. p. 243.
2) cf. *Bergk, Kl. Schriften* p. 703 not. 129.
3) cf. Menandri praecepta: *Rhetor. Graec. III (Spengel)* p. 438. *Adami*, l. l. p. 224 sqq.

nonnunquam adiciuntur loca, sive oppida sive montes, in quibus deus aut natus est aut imprimis colitur aut unde arcessitur.

Haec fere sunt genera epithetorum, quae ex formis illis derivari possunt quaeque, ut res postulat, in precibus minime usurpantur tam copiose quam in hymnis fieri solet, qui longe alia ratione adhibentur atque imprimis in honorem deorum destinati sunt. Iam vero proposita illa genera secundum deos, quibus adplicantur, exemplis eximiis explicemus atque probemus; atque incipiamus ab epithetis ad naturam et potentiam Iovis spectantibus, deinde sequantur alii dei invocati. Quam seriem testimoniorum enarrare non alienum esse mihi videtur, cum dei nominentur non ea ratione, qua p. 521, neque epitheta congerantur ut in Bruchmanni libro de Epithetis deorum edito, sed eo consilio collegi exempla eximia, ut demonstrem numerum epithetorum singulis deis una invocatione additorum, atque ut eorum vis varia ac diversa facilius intellegatur:

Ζεῦ πάτερ: Il. I 503. III 365. VIII 236. XV 372. XVII 645. XIX 270. XXI 273. Odyss. VII 331. XX 98; Ζεῦ πάτερ ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες: Odyss. XII 371; Ζεῦ πάτερ, ὅς τε θεοῖσιν καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσεις: Odyss. XX 112; Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε: Il. III 276. 320. VII 202. XXIV 308; Ζεῦ κύδιστε μέγιστε κελαινεφές, αἰθέρι ναίων: Il. II 412; Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε: Il. III 298; Ζεῦ ἄνα: Il. III 351. XVI 233; Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ: Il. I 508; μητίετα Ζεῦ: XV 377; Ζεῦ πατρῷε καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν: Eurip. El. 671. Ζεῦ ξένιε: Cycl. 354; Ζεῦ πρόγονε: Orest. 1242; Ζεῦ μεγαβρόντα: Aristoph. vesp. 323. Apollo: ἄναξ: Il. XVI 514. 523; ἄναξ Ἄπολλον: Soph. El. 1376; ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Πύθιε: Aristoph. vesp. 869; ὦ δέσποτ' ἄναξ γεῖτον ἀγυιεῦ: vesp. 875. Athena: πότνι' Ἀθηναίη, ῥυσίπολι, δῖα θεάων: Il. VI 305; θεά: cf. p. 517; ἄνασσ' Ἀθάνα: Aesch. Eum. 235; δέσποιν' Ἀθάνα: Eurip. Rhes. 608; θεά . . . ὦ χρυσολόφα . . . πολιοῦχε: Aristoph. Lysistr. 341. Artemis: Ἄρτεμι, πότνα θεά, θύγατερ Διός: Odyss. XX 61; ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε: Eurip. Iph. Aul. 1571. Aphrodite: δέσποινα Κύπρι: Hipp. 117; δέσποινα ποντία Κύπρι: 522. Demeter: Δήμητερ ἑστιοῦχ': Eurip. Suppl. in.; Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα: Aristoph. ran. 886; δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη: Thesm. 286. Hera: ὦ πότνι' ἣ Δίοισιν ἐν λέκτροις πίτνεις: Eurip. Hel. 1093; ὦ πότνια Ἥρα: Phoen. 1365. Poseidon: Ποσείδαον γαιήοχε: Odyss. III 55; Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα: Odyss. IX 528; ὦ πάτερ Πόσειδον: Eurip. Hipp. 887; πότνιε Πόσειδον: Hel. 1585. Hermes: Ἑρμῆ χθόνιε πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη: Aeschyl. Choeph. init. Ἑρμῆ χθόνιε μέγιστε τῶν ἄνω καὶ κάτω: 124; χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρά: Soph. El. 111; ὦ φίλ' Ἑρμῆ: Aristoph. nub. 1478; ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ: pac. 385. Hephaestus:

῞Ηφαιϲτ' ἄναξ Αἰτναῖε: Eurip. Cycl. 599. Dionysus: ὦ Διόνυϲε δέϲποτα: Aristoph. Acharn. 247. Cf. alia numina invocata: δέϲποτα Παλαῖμον: Eurip. Iph. Taur. 271; ὦ Λύκε δέϲποτα γείτων ἥρωϲ: Aristoph. vesp. 389; ὦ δέϲποτ' ἄναξ ἀμέτρητ' Ἀήρ: nub. 264; αἰθὴρ ἐμὸν βόϲκημα: ran. 892. Erinyes: Ἐρινύεϲ, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπουϲ τίνυνται: Il. XIX 259; ἐρινὺϲ . . . μεγαϲθενήϲ: Aeschyl. Sept. 70; καλῶ δ' ἀρωγοὺϲ τὰϲ ἀεί τε παρθένουϲ ἀεί θ' ὁρώϲαϲ πάντα τὰν βροτοῖϲ πάθη ϲεμνὰϲ Ἐρινῦϲ τανύποδαϲ: Soph. Ai. 835; ταχεῖαι, ποινιμοί τ' Ἐρινύεϲ: ibid. 843; ϲεμναί τε θεῶν παῖδεϲ Ἐρινύεϲ, αἳ τοὺϲ ἀδίκωϲ θνῄϲκονταϲ ὁρᾶθ': Soph. El. 112; πότνιαι δεινῶπεϲ: O. C. 84; ὦ γλυκεῖαι παῖδεϲ . . . Σκότου: ibid. 106. Γαῖ' ἄναϲϲα: Eurip. El. 678; ὦ νέρτερ' ῞Αιδη: Hel. 969; ἠέλιοϲ θ' ὃϲ πάντ' . . . ἐπακούειϲ: Il. III 277; ὦ φίλτατ' . . . Ἡράκλειϲ: Eurip. Heracl. 490; νύμφαι νηϊάδεϲ: Odyss. XIII 356; κρηναῖαι: XVII 240; πετραῖαι: Eurip. El. 805; πολυτίμητοι Νεφέλαι: Aristoph. nub. 269; ὦ ϲεμνοτάτη βαϲίλεια θεά, πότνι' Εἰρήνη δέϲποινα χορῶν, δέϲποινα γάμων: pac. 974. Νηρέωϲ ἀγάλμαθ'[1]), ὃϲ τὸν εὐγενῆ ἔτικτε πεντήκοντα Νηρῄδων χορόν: Eurip. Iph. Taur. 273.

Deinde mos est, ut paucis verbis, plerumque adiectivo vel talibus voculis: *παῖ*, *τέκος*, *κόρη*, *θύγατερ*, gens dei advocati explicetur[2]):

Athena: Αἰγιόχοιο Διὸϲ τέκοϲ: Il. V 115. X 278. 284. Odyss. IV 762. VI 324; Διογενὲϲ θεά: Eurip. Cycl. 350; ὦ Διὸϲ κόρη: Phoen. 1373 cf. p. 522; Artemis: Ἄρτεμι πότνα θεὰ θύγατερ Διόϲ: Odyss. XX 61; παῖ Ζηνόϲ: Eurip. Iph. Aul. 1570; Λητοῦϲ κόρη: Hipp. 1092. Iph. Taur. 1398. Aphrodite: Κόρη Διώνηϲ: Hel. 1098; ὦ παῖ Διώνηϲ: frg. 177 N²; Nymphae: κοῦραι Διόϲ: Odyss. XIII 356. XVII 240; Erinyes: ϲεμναί τε θεῶν παῖδεϲ: Soph. El. 112; ὦ γλυκεῖαι παῖδεϲ ἀρχαίου Σκότου: O. C. 106; Νηρέωϲ κόραι: Eurip. Hel. 1585; ὦ ποντίαϲ παῖ Λευκοθέαϲ (Palaemon): Iph. Taur. 270; ὦ μελαίνηϲ Νυκτὸϲ ἐκπαίδευμ' (Somnus): Cycl. 601; παῖ Πηλέωϲ (Achilles mortuus): Hec. 534.[3])

Postremo derivantur epitheta vel additamenta ornantia e loci cuiusdam nomine, ut his exemplis:

Ὀλύμπιε: Il. I 508. XV 375; Ἄπολλον Πύθιε: Aristoph. vesp. 868; ῞Ηφαιϲτ' ἄναξ Αἰτναῖε: Eurip. Cycl. 599; Κύπρι: Hel. 1098. Hipp. 117. 522; Τριτογένει': Aristoph. Lysistr. 347; huc spectant: θεοί τ' ἐγχώριοι: Soph. El. 67; ὦ κατὰ χθονὸϲ θεαί:

1) Hoc exemplum accedat ad exempla ab *Adami* ad Soph. Antig. 1115 p. 241/42 collata; addam Papyr. mag. Paris. *(Wessely)* v. 2789 de Luna: νυκτὸϲ ἄγαλμα.

2) Cf. de hymnis *Adami*, l. l. p. 226/27.

3) Memoratu dignum mihi videtur plerumque deas esse, quibus gens addatur; quae quidem consuetudo in hymnis et in partibus choriacis ad utrumque genus pari modo quadrat.

Aeschyl. Eum. 115; Φοῖβε προστατήριε: Soph. El. 637; Λύκει᾽ Ἄπολλον: Soph. El. 655. 1379. O. R. 919. Cf. *Usener, G.-N.* p. 213. 214. 234.

Saepe declaratur, ubi dei sint, ubique maxime colantur: Zeus: αἰθέρι ναίων: Il. Π 412. XVI 233; οὐρανὸν ..., ἵν᾽ οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα: Eurip. Hel. 1095; σύ τ᾽ ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας: Cycl. 353; ἀλλ᾽ ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτυχάς: Phoen. 84; ὦ ναίων ἅλα πόντιε Πόσειδον: Hel. 1584; de mortuis: ὦ γέρον, ὃς οἰκεῖς τόνδε λάϊνον τάφον: Hel. 962; ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτερ: El. 677; ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ: Orest. 1225; ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν: Troad. 884; Ἀὴρ ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον: Aristoph. nub. 264; Ἄπολλον ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν᾽ ἔχεις: ran. 659; Ποσειδῶν ὁ ἐπὶ Ταινάρῳ θεός: Acharn. 510. Prorsus non rarescit, id quod intellexeris ex nonnullis aliis exemplis: pap. mag. mus. Lugd. Bat. p. 806. VII 5: ὦ θεοὶ οὐράνιοι, ὦ θεοὶ ὑπὸ γῆν, ὦ θεοὶ ἐν μέσῳ κυκλούμενοι; Π 28 p. 797: θεοὶ οὐράνιοι καὶ ὑπόγειοι καὶ ἀέριοι καὶ ἐπιχθόνιοι; p. 809. VIII 8: βασιλεύων τῆς ἄνω καὶ κάτω χώρας; p. 799. III 46: σὺ εἶ ὁ μέγας Ἄμμων ὁ ἐν οὐρανῷ ναίων. Pap. Berol. II vs. 101: σὲ καλῶ μέγαν ἐν οὐρανῷ. v. formulas: Ἴδηθεν μεδέων: Il. III 276. 320. VII 202. XXIV 308; ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε ζαθέην Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις: Il. I 37. 451; Δωδωναῖε Πελασγικὲ τῆλοθι ναίων, Δωδώνης μεδέων: Il. XVI 233 c. schol.; καλῶ χώρας ἄνασσαν τῆσδ᾽ Ἀθήναιαν: Aeschyl. Eum. 288; σὺ δ᾽ ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν ἥλιε: Soph. Ai. 845; Δήμητερ ἑστιοῦχ᾽ Ἐλευσῖνος χθονὸς τῆσδε: Eurip. Suppl. init.; Ἥρα τε βωμῶν ἣ Μυκηναίων κρατεῖς: Eurip. El. 674; Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου μεδέους᾽: Aristoph. Lysistr. 833. Cf. p. 521 (Herond.).[1])

Postremo pronuntiantur, — certo quodam ordine nonnunquam[2]) — sedes, unde vocatus deus redeat, vel unde audiat preces effusas.[3])

Hoc loco repetere mihi liceat e precibus Aristoph. nub. 269 sqq. traditis, quibus Orphicorum carmina illudi *Dieterich,* Mus. Rhen. vol. XLVIII p. 275 sqq. explicavit: vss. 269 sqq.: ἔλθετε δῆτ᾽ ... εἴτ᾽ ἐπ᾽ Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισιν κάθησθε[4]), εἴτ᾽ Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χόρον ἵστατε Νύμφαις,

1) cf. Pap. 122 vs. 13 *(Kenyon)*: οἶδά σου Ἑρμῆ, τίς εἶ καὶ πόθεν εἶ καὶ τίς ἡ πόλις τοῦ Ἑρμοῦ πόλις. — v. Matth. VI 9: ὁ ἐν οὐρανοῖς; XI 25. 26: πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς (= Luc. X 21).

2) cf. *Adami,* l. c. p. 229/30.

3) cf. *Tylor,* l. l. p. 368 ... *„der du in dem Himmel bist oder auf der Erde, in den Wolken oder in den Tiefen, höre die Stimme dessen, der dich anfleht."*

4) cf. formulae **gratia**: Pap. Berol. II 101: σὲ καλῶ ... ὃς καὶ οἰκεῖς ... τὴν ὅλην οἰκουμένην ἐπὶ λωτῷ καθήμενος; Pap. Leid. V p. III vs. 9: ἐπὶ λωτῷ καθήμενος.

εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖϲ ὑδάτων χρυϲέαιϲ ἀρύεϲθε προχοῖϲιν, ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ' ἢ ϲκόπελον νιφόεντα Μίμαντοϲ. Ita ex diversis caeli partibus multisque aliis locis arcessuntur dei, ut *Adami* l. l.: p. 229 sqq. copiose explicat. Attamen eum fugerunt cum hi duo loci e precibus sollemnibus collecti: Il. XVI 514 ... ὅϲ που Λυκίηϲ ἐν πίονι δήμῳ εἲϲ ἢ ἐνὶ Τροίῃ et Aeschyl. Eum. 287 versus illi precationis illius maxime ritualis atque legitimae ad Athenam sanctissimis formulis pronuntiatae: καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ ϲτόματοϲ εὐφημῶϲ καλῶ χώραϲ ἄναϲϲαν τῆϲδ' Ἀθηναίαν ἐμοὶ μολεῖν ἀρωγόν ... vs. 292 ἀλλ' εἴτε χώραϲ ἐν τόποιϲ Λιβυϲτικοῖϲ Τρίτωνοϲ ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου, τίθηϲιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα, φίλοιϲ ἀρήγουϲ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα θραϲὺϲ ταγοῦχοϲ ὡϲ ἀνὴρ ἐπιϲκοπεῖ, ἔλθοι. κλύει δὲ καὶ πρόϲωθεν ὢν θεὸϲ ... tum versus illi magici Papyr. Berol. II 101 sqq.: ϲὲ καλῶ τὸν μέγαν ἐν οὐρανῷ ... ὡϲ | κατοικεῖϲ τὴν ὅλην οἰκουμένην ... ἐπὶ λωτ|ῷ καθήμενοϲ καὶ λαμπυρίζων τὴν ὅλην οἰκουμένην. ὁ καταδείξειϲ ... ζῶα, οὗ τὸ ἱερὸν ὄρνεον ἔχειϲ | ἐν τῇ ϲτολῇ ἐν το[ῖϲ πυ]ρὸϲ ἀπηλιώτην μέρεϲι τῆϲ Ἐρυθρᾶϲ | θαλάϲϲηϲ ὡϲ[τ ... ἔ]χειϲ ἐν τοῖϲ πρὸϲ βοῤῥᾶ μέρεϲι μορφὴν | νηπίου παιδὸϲ ... | ἐν δὲ τοῖϲ πρὸϲ νότου μορφὴν ἔχειϲ τοῦ ἁγίου ἱέρακοϲ ... | 111 ἐν δὲ τοῖϲ πρὸϲ λίβα μέρεϲιν μορφὴν ἔχων κροκοδίλου .. | .. ἐν δὲ τοῖϲ | 113 πρὸϲ ἀπηλιώτην μέρεϲι δράκοντα ἔχειϲ πτεροφυῆ ...[1])

II.

Quoniam satis probe mihi exposita videntur, quae invocatione sollemniter sancteque usurpata contineantur, aggrediamur ad partem alteram precationis, eamque plerumque mediam, ut ita dicam, epicam, qua permulta ac varia tractantur. Atque ut quae volumus summatim disseramus, primum quidem illa parte narratur, qua ratione petentes cum deo coniuncti sint quibusque rebus allatis se impetraturos esse, ut dei succurrant, sperent. Itaque discernendae sunt et eae causae, quae inter deos et petentes, et eae, quae inter deos et petita intercedant. Quas si perlustraverimus, plane ac dilucide inveniemus rudimenta illius opinionis praebere formam pactionis cuiusdam inter homines et deos initae, qua deus officio quodam obligatur donis antea acceptis, ut precantes audiat eorumque preces expleat, tamquam si foedus factum sit, in quo manere ille debeat. Atque illa sententia exprimitur formulis εἴπου ἐγὼ ... νῦν ϲύ... et similibus in carminibus Homericis.[2]) Attamen posterioribus quoque

1) cf. *Parthey* ad h. l. *Berl. Sitzungs-Berichte 1865 phil. hist. cl. p. 165/66.*

2) De his exemplis infra persequendis cf. *Naegelsbach H. Th.* p. 215 et editio tert. ab *Authenriet* curata p. 197 sqq., ubi in appendice not. 145 ex aliarum gentium moribus testimonia laudantur.

saeculis illa ratio reperitur[1]), etsi rudes, ut icta dicam, opiniones, quae illis formulis de ratione inter homines et deos intercedente proponuntur, in universum maioribus de deorum natura existimationibus cesserant.[2]) Itane vero? immo extant et in hac parte precationis vetustissimae opiniones! Ut in invocatione reliquiae precationis magicae, qua dei coguntur vi verbi atque formulae, ut dicto audientes sint, ita his sententiis ius quoddam, quo dei hominesque coniuncti sint, proponitur atque ita potestas deorum quasi vinculo quodam mortali ligatur. — Forma illa usitatissima optime illustratur versibus illis Homericis Il. I 37 sqq. κλῦθί μευ ἀργυρότοξ'... εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ ...[3])

Cf.: Il. I 503 Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ ... Od. XVII 240 εἴ ποτ' Ὀδυσσεύς ὔμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε, καλύψας πίονι δήμῳ, ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, ... Il. XV 372 εἴ ποτέ τίς τοι ἐν Ἄργεΐ περ πολυπύρῳ ἢ βοὸς ἢ ὄϊος κατὰ πίονα μηρία καίων εὔχετο νοστῆσαι ... τῶν μνῆσαι. Od. IV 763 εἴ ποτέ τοι ... Ὀδυσσεὺς ἢ βοὸς ἢ ὀίος κατὰ πίονα μηρί' ἔκηεν, τῶν νῦν μοι μνῆσαι. v. Callin. εἰς Δία *Bergk. Frg. poet. Lyr.* II p. 5, fr. 2, 2 μνῆσαι δ' εἴ ποτέ τοι μηρία καλὰ βοῶν ... formula legitima omissa illa sententia exhibetur: Il. VIII 240 ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι βοῶν δημὸν καὶ μηρί' ἔκηα, ἱέμενος Τροίην ἐυτείχεον ἐξαλαπάξαι. ἀλλά, Ζεῦ, τόδε πέρ μοι ἐπικρήηνον ἐέλδωρ; cf. Aeschyl. Choeph. 255 καίτοι θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα πατρὸς νεοσσοὺς τούσδ' ἀποφθείρας ... Sept. 179 chor. φιλοθύτων δέ τοι πόλεος ὀργίων μνήστορες ἐστέ μοι. Lysiae II 39 ποῖαι δ' οὐχ' ἱκετεῖαι θεῶν ἐγένοντο ἢ θυσιῶν ἀναμνήσεις.[4])

---

1) v. infra p. 527.

2) De his sententiis atque rationibus primitivis conferas, quae *Ferd. Dümmler, Das griechische Weihgeschenk. Kl. Schriften.* II (1901) p. 189 sqq. congessit: v. p. 206 *„Mitunter tritt das Bewusstsein der Gegenseitigkeit ganz naiv zu Tage: „Dir, o Jungfrau, hat Telesinos auf der Akropolis dies Bild aufgestellt: wenn es dir gefällt, so gewähr' ihm die Mittel, dir bald wieder eins zu weihen"* ... *p. 207: „Das Verständnis für die meisten Typen privater Weihgeschenke giebt das Bedürfnis, sich der Gottheit in Erinnerung zu bringen oder im Gedächtnis zu erhalten, als ein zwar Hilfsbedürftiger, der sich aber für geleistete Hilfe wieder erkenntlich erweist."*

3) cf. locos p. 520 not. 3 laudatos, ubi extat χαρίεντ' ἐπὶ βωμὸν ἔρεψα. cf. schol. Bekk. ad ἔρεψα: ... ἐστέφετο γὰρ κισσῷ et *Ameis-Hentze: Anhang* ad h. l. cf. paraphrasin illius precationis: Plato. rep. III 394 A: πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι εὔχετο, τάς τε ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν καὶ ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπαιτῶν, εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο ὧν δὴ χάριν κατεύχετο τῖσαι τοὺς Ἀχαιοὺς τὰ ἃ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσιν.

4) cf. Sophocl. Electra ed. *Kaibel* ad. v. 1383: *„Gebet und Erhörung verhalten sich wie Leistung und Gegenleistung." v. Naegelsbach. N. H. Th.* p. 215. *L. Schmidt:* l. c. II p. 3.

Summi momenti esse mihi videntur duo loci, qui ad hanc sententiam quadrant, ubi de morte Croesi regis agitur a Bacchylide 3, 35 his verbis: poeta regem in Apollinem invehentem inducit: ὑπέρβιε δαῖμον ποῦ θεῶν ἐστιν χάρις; ποῦ δὲ Λατοίδας ἄναξ, atque Herodotus 1, 87 eandem rem commemorat hanc in sententiam: ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλούμενον, ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη παραστῆναι καὶ ῥύσασθαί μεν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. Quid? Nonne his testimoniis demonstratur fuisse pervulgatam sententiam Croesum regem in rogo fumante ad Apollinem precatum esse atque deo obiecisse illum hoc in discrimine succurrere debere, cum antea tot sacrificia accepisset? Etiamsi non satis plane probari potest precem ipsam illis temporibus in promptu fuisse, tamen ex Herodoti verbis elucet sententiam illam atque formulas illas legitimas — ad εἴ τι cf. εἴ που, εἴ ποτε p. 526 de χαρίζεσθαι cf. Il. I 39 εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, Odyss. XIX 397 τῷ γὰρ κεχαρισμένα μηρί' ἔκαιεν ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων; ὁ δέ οἱ πρόφρων ἅμ ὀπήδει. Aristoph. pac. 386 cf. Xenoph. Hipp. I 1 πρῶτον μὲν θύοντα χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς ταῦτα διδόναι ... ἀφ' ὧν θεοῖς μὲν κεχαρισμενώτατα ἄρξειας ἂν ... Plato. Euthyph. 14 B ἐὰν μὲν κεχαρισμένα τις ἐπίστηται τοῖς θεοῖς λέγειν τε καὶ πράττειν εὐχόμενός τε καὶ θύων ... republ. 3, 394 A (de Il. I 37 sqq.) ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο. Crit. 119 D ἐπευξάμενοι τῷ θεῷ τὸ κεχαρισμένον αὐτῷ θῦμα ἑλεῖν. Plut. Moral. 351 C.

ad δωρεῖσθαι cf. infra p. 531 — aetate illius scriptoris in sermone rituali usitatissimas fuisse. Eadem fere vis inest in verbis Clytaemnestrae ad Erinyes preces dantis: Aeschyl. Eum. 106 ἦ πόλλα μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε, χοὰς δὲ ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα ... καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. Sophoclis Electra veniam petens, quod non sacrificet, commemorat sacrificia antea oblata his verbis El. 1377 ἥ σε πόλλα δὴ ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προύστην χερί. νῦν δὲ. cf. *Kaibel* ad h. l. In Euripidis fabulis haec sententia cognoscitur in precatione a Menelao ad Hadem data atque arrogantem quendam in modum pronuntiata, quasi ut in animos spectantium inducat poeta, quam inepta talia sint: Hel. 969 ὦ νέρτερ' Ἅιδη, καὶ σὲ σύμμαχον καλῶ, ὃς πόλλ' ἐδέξω τῆσδ' ἕκατι σώματα πεσόντα τὠμῷ φασγάνῳ, μισθὸν δ' ἔχεις· ἢ νῦν ... ἀπόδος ... ἢ ... ἀνάγκασον ... Idem fere significatur, etsi de hac quidem re formulae non inveniuntur, iis quae Orestes, Electra, Pylades Agamemnoni mortuo, ut auxilium ferat, narrant: Eurip. Orest. 1235 Or. ἔκτεινα μητέρ' Pyl. ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους. El. ἐγὼ δ' ἐπενεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου. Or. σοί, πάτερ, ἀρήγων. El. οὐδ' ἐγὼ προύδωκά σε. Ratione inversa Theseus deum patrem de promisso admonet: Hipp. 887 ἃς ἐμοί ποτε ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι τούτων ἐμὸν παῖδ' ... Apud poetas comicos haec: Pheracratis κραπάταλοι frg. 87 (Kock) ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτά νυν

μέμνηcό μοι. Aristoph. pac. 385 μηδαμῶc εἴ τι κεχαριcμένον χοιρίδιον οἶcθαι παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώc, τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τῷδε τῷ πράγματι.[1])

Quibus exemplis satis mihi illustratum videtur sententiam illam per multa saecula formulis legitimis et usurpatis et omissis genuina opinione durasse in Graecorum precatione neque quisquam ignorabit his quoque temporibus ab hominibus effundi preces, quibus deo merita obiciuntur vel vota promittuntur. Quem morem vota vel aliud quoddam emolumentum deis promittendi, quibus homines deos ad exaudiendas preces commovere vel iure quodam obstringere student, ad eandem genuinam opinionem referre licet. Ut enim exemplis supra allatis dei donis acceptis obligati sunt, ita votis, plerumque secundum temporis seriem preces sequentibus, eis persuadetur donis accipiendis vel alliciuntur, ut succurrant.[2])

cf.: Il. VI 306 ἆξον δὴ ἔγχοc Διομήδεοc, ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸc πεcέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων, ὄφρα τοι αὐτίκα νῦν δυοκαίδεκα βοῦc ἐνὶ νηῷ ἤνιc ἠκέcταc ἱερεύcομεν. X 291 παρίcταο καί με φύλαccε· coὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ· τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυcὸν κέραcιν περιχεύαc; v. Od. III 382 sqq. XIII 358 ἄταρ καὶ δῶρα διδώcομεν, ὡc τὸ πάροc περ, αἴ κεν ἐᾷ πρόφρων με Διὸc θυγάτηρ ἀγελείη αὐτόν τε ζώειν καί μοι φίλον υἱὸν ἀέξῃ. Athena Pandaro suadet, ut Apollini se sacrificium daturum esse polliceatur Il. IV 101: εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι . . . ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν . . . κλειτὴν ἑκατόμβην. Achilles Patroclum mortuum Hectorem traditurus patri his verbis lenire studet: Il. XXIV 595 coὶ δ' αὖ ἐγὼ καὶ τῶνδ' ἀποδάccομαι, ὅcc' ἐπέοικεν. Hymn. Hom. ad Ven. III 100 sqq. Anchises Venerem imprecans dicit βωμὸν ποιήcω, ῥέξω δέ τοι ἱερὰ καλὰ ὥρῃcιν πάcῃcιν. Bacchyl. X 104 Proclus Artemidi promittit: θύcω δέ coι εἴκοcι βοῦc ἄζυγαc φοινικότριχαc. Cf. Aeschyl. Choeph. 483 οὕτω γὰρ ἄν coι δαῖτεc ἔννομοι βροτῶν κτιζοίατ'· εἰ δὲ μή, παρ' εὐδείπνοιc ἔcει ἄτιμοc ἐμπύροιcι κνιcωτοῖc χθονόc· v. 486

---

1) Scholiasta ad hunc locum advocat Hom. Il. I 39 εἴποτε . . . χαρίεντ' . . . ἔρεψα.

2) De rudimentis illius sententiae adiungere liceat nonnulla alia exempla: Liv. X 19, 17: *dicitur Appius in medio pugnae discrimine ita ut inter prima signa manibus ad caelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: Bellona si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo.* Cf. Herodot. II 181 εὔχεται (Ladice) ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἤν οἱ ὑπ' ἐκείνην τὴν νύκτα μιχθῇ ὁ Ἄμαcιc, τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχοc, ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐc Κυρήνην. IV 76 εὔξατο τῇ μητρὶ ὁ Ἀνάχαρcιc, ἢν cῶc καὶ ὑγιὴc ἀπονοcτήcῃ ἐc ἑωυτοῦ, θύcειν τε κατὰ ταυτὰ κατὰ ὥρα τοὺc Κυζικενικοὺc ποιοῦνταc καὶ παννυχίδα cτήcειν. Speciminis causa cf. vota apud Indos usitata, quae laudat *Oldenberg* l. c. p. 306, 2 et apud *Tylor* l. l. II p. 367: *„Habe Mitleid und behüte mein Leben und ich will dir ein Opfer geben . . .“* v. *Dümmler* l. l.

Electra sententiam fratris sequitur κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων γαμηλίους· πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.[1]) Eum. 289 Orestes Athenae pronuntiat: κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν πιστὸν δικαίως ἐς τὸ πᾶν τε σύμμαχον. Eandem sententiam praebent verba Eteoclis: Aeschyl. Sept. 76 ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν. πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει v. schol. ad h. l. κοινωφελῆ καὶ ὑμῖν νομίζω λέγειν. Soph. El. 1382 v. supra p. 526 not. 4 — 455 . . . Ὀρέστην . . . ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδί, ὅπως τὸ λοιπὸν αὐτὸν (patrem) ἀφνεωτέραις χερσὶν στέφωμεν ἢ τανῦν δωρούμεθα. Cf. Eurip. Orest. 123, ubi Helena se sorori Klytaemnestrae voturam esse per Hermionen pollicetur: ἄπανθ' ὑπισχνοῦ νερτέρων δωρήματα. Iph. Taur. 1087 Iphigenia precationis vim auget his verbis: καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα. Apud Aristophanem vota illa illuduntur hunc in modum: vesp. 394: κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' ἀποπάρδω. pac. 395 sqq., ubi petentes Hermen plurimis votis fatigant, ut reginam Εἰρήνην apportet. Cf. Thesmoph. 287 sqq. Illa serie innumerabilium votorum Aristophanes consulto consuetudinem votis deos commovendi illusisse videtur. Aristophanem etsi laudator veterum morum existimabatur, tamen a novis illis opinionibus praecipue Socrate auctore gliscentibus rudesque illas sententias consilio in dubium vocantibus novaque norma in iudicandis rebus et publicis et privatis irrepente non alienum fuisse et aliis exemplis infra p. 544 laudatis apparere puto atque spero.

Ut sacrificia antea oblata et vota postea solvenda deum iure quodam obstringere debent, ita pactum illud ipsum quasi ante oculos spectantium, ut ita dicam, initur in sacrificiis cum precibus coniunctis, quibus acceptis deus obligatur, ut munus munere penset. Optime illa genuina sententia sacrificii illustratur exemplis duobus Euripideis maxime egregiis: Hecub. 534 sqq. et Iph. Aul. 1570 sqq.[2]) Neque praetermittendum mihi videtur esse preces illas pronuntiari in immolandis hominibus; altera recitatur in immolanda Polyxena, altera in mactanda Iphigenia; atque inter se formulis sanctis congruunt, ut facile cognoscas:

Hecub. 534:	Iph. Aul. 1570:
ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός,	ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε, τὸ
δέξαι χοάς μου τάσδε κηλη-	λαμπρὸν εἱλάσσουσ' ἐν εὐφρόνῃ

1) Huc spectant illi versus: Choeph. 256, ubi Orestes Electra sorore recognita imprecans liberos Agamemnonis comparat cum aquilis desertis: πόθεν ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας; — Choeph. 788 (chor.) Ζεῦ . . . φυλάσσοις . . . 792 δίδυμα καὶ τριπλᾶ παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

2) Quamquam finis Iphigeniae Aulidensis, quae vocatur fabula, a multis viris doctis in dubium vocatus est, tamen mihi videor fieri non

τηρίους νεκρῶν ἀρωγούς· ἐλθὲ δ' ὡς πίῃς μέλαν κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅςοι δωρούμεθα στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ. λῦςαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια νεῶν δὸς ἡμῖν πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου νόςτου τυχόντας πάντας εἰς πάτραν μολεῖν.

φάος, δέξαι τὸ θῦμα τόδ' ὅ γέ σοι δωρούμεθα στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ. ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης καὶ δὸς γενέςθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα Τροίας τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί. —

Venio nunc ad ipsam explicationem illarum, quas attuli, precationum. Deus advocatur ad altaria — quam opinionem iam supra planius exposuimus — ut bibat sanguinem sacrum virginis immolatae.

Ad hanc opinionem genuinam, quam plurimis exemplis demonstrare supervacaneum est, spectant formulae in precibus magicis cum sacrificiis coniunctis usurpatae.

Cf. Papyr. Paris. v. 2501 παράςθητί μοι κυρία ... 2543 δεῦρ' ἴθι ... δεῦρ' — 2548 δεῦρ' ἴθι ... 2550 δεῦρ' ... καὶ μόλε νῦν νύχια ... 2564 ἐλθ' ἐπ' ἐμαῖς θυςίαις ... cf. Il. I 335 ubi Artemis Oineum alloquitur: ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας ...[1])

Speciminis causa liceat afferre nonnulla exempla quibus illustretur, quam vulgaris fuerit opinio deos primo sacrificiis ipsis frui:

Cf. *Tylor* l. l. II 366 apud Polynesios: *„Hier ist Speise für viele, verzehre sie und sei uns gnädig um dieser Gabe willen."* v. p. 376 sqq. ubi de sacrificiis eorumque vi generaliter agitur. Kaegi, *Rig-Veda* carm. 7 = 1, 152 vs. 7 *„zur Opferfreude lade ich in Ehrfurcht und herzlich Euch ..."* 18, 3 = 7, 69 *„kehret helfend zu uns und trinkt den süfsen Trank."* *Usener: Sintflutsagen* pag. 11 vs. 96 *„die Götter rochen den Duft, die Götter rochen den guten Duft, die Götter sammelten sich wie Fliegen um den Opfernden."* pag. 19 (gen. 8, 21 Kautsch) *„als nun Jahve den angenehmen Duft roch, da beschloss er bei sich, ich will künftig die Erde nicht mehr zu Grunde richten ..."*

Cum vero id praesertim periculum sit, ut deus dona sacrificiis oblata accipiat, persaepe formula illa usurpatur δέξαι.

v. supra v. 534. Eurip. frg. 912 N² χοὴν πέλανόν τε φέρω... cὺ δέ μοι θυςίαν ἄπυρον παγκαρπείας δέξαι πλήρη προχυθεῖςαν. Aristoph. nub. 269 sqq. ἔλθετε ... ἐπακούςατε ... δεξάμενοι θυςίαν καὶ τοῖς ἱεροῖςι χαρεῖςαι. pac. 977 δέξαι θυςίαν τὴν ἡμετέραν. Lysistr. 204 τὰ cφάγια δέξαι. vesp. 876 δέξαι ὅταν τελετὴν καινὴν — v. Aeschyl. Sept. 700 ἐκ χερῶν θεοὶ θυςίαν

---

posse, quin concedatur illum finem iam antiquis temporibus additum esse ideoque, si veteres preces perquiramus, adhiberi posse.

1) cf. *Stengel* l. l. p. 86 sqq.

δέχωνται. Xenoph. inst. Cyr. VIII 7, 3 Ζεῦ πατρῷε καὶ Ἥλιε καὶ πάντες θεοί, δέχεσθε τάδε . . . Herod. IV 13 τἀπίδορπα δέξαισθε.

Neque praetermittendum mihi videtur, quia hoc loco in numero earum formularum commemorem verbum δωρεῖσθαι, quod iam supra Herodoti locum citantes p. 527 urgebamus; saepius invenimus illam vocem et de donis deis datis et ab eis acceptis usurpatam in precibus sollemnibus. Utar nonnullis documentis, quae mihi in promptu sunt:

Herodot. I 87. v. p. 527, VII 54 . . . ἐδωρεῖτο; Soph. El. 457 ὅπως . . . ἀφνεωτέραις χερσὶν στέφωμεν ἢ τανῦν δωρούμεθα vs. 1383 v. p. 529. Eurip. Iph. Aul. 1572 Hecab. 537 . . . v. 530, Orest. 117 σὲ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς 123 ὑπισχνοῦ . . . δωρήματα. Aeschyl. Pers. 523, Plato Euthyphr. 14 C οὐκοῦν τὸ θύειν δωρεῖσθαί ἐστι τοῖς θεοῖς, τὸ δὲ εὔχεσθαι αἰτεῖν τοὺς θεούς; Politic. 290 CD καὶ μὴν καὶ τὸ τῶν ἱερέων αὖ γένος ὡς τὸ νόμιμόν φησι, παρὰ μὲν δωρεὰς θεοῖς διὰ θυσιῶν ἐπιστήμόν ἐστι κατὰ νοῦν ἐκείνοις δωρεῖσθαι· rep. 3, 394 A (ad Il. I 34 sqq.) εἴ τι πώποτε . . . ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο . . . Alc. II 10 ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς εὔχονται. praeterea locos quos e papyris erui: pap. mag. mus. Lugd. Bat. III 6 καὶ ἐδωρήσω μοι τὴν τοῦ ὄν σου γνῶσιν. pap. Berol. II 128 δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν. pap. Par. v. 491 θεοδώρητον (πνεῦμα). δώρημα deorum donum significans invenitur: Eurip. Heracl. 612. Med. 636. Hel. 883. Iph. Aul. 1074. Ion. 1428.

Transeamus ad alias causas, quibus petentes dei gratiam sibi conciliare et auxilium sibi vindicare student: ut exemplis moribusque supra allatis homines et donis antea oblatis et votis postea solvendis et sacrificiis in precatione ipsa datis deos, ut succurrerent, obligari putavisse illustratur, ita e sequentibus apparebit secundum ea, quae ab hominibus aequa atque iusta putarentur, etiam deos mortalium natura et moribus cogitatos acturos esse homines antiquos existimasse. Itaque saepenumero admoneri deos invenimus, ut cum antea auxilium praebuerint, his quoque in angustiis adiuvent. Quae sententia his formulis exprimitur: ἠμὲν δήποτ' . . . εἴ που, εἴποτε . . . καὶ νῦν; πάρος . . . νῦν.[1])

Cf. Il. I 453; XVI 236 ἠμὲν δή ποτ' ἐμεῦ πάρος (XVI 236 ἐμὸν ἔπος) ἔκλυες εὐξαμένοιο . . . ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ. V 116 εἴποτέ μοι καὶ πατρὶ φίλα φρονέουσα παρέστης . . . νῦν αὖτ' ἐμὲ φῖλαι Ἀθήνη; X 278 ἥ τέ μοι αἰεὶ ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταςαι — νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι Ἀθήνη. — cf. Eurip. Rhes. 609 ἐν πόνοισι

1) De illa formula nonnulla collegit exempla *Bloomfield* ad Aeschyl. Agam. 503. — *Naegelsbach. H. Th.*³ p. 200 sqq. N. H. Th. p. 215.

γὰρ παροῦϲ᾽ ἀμύνειϲ τοῖϲ ἐμοῖϲ ἀεί ποτε — Χ 285 ϲπεί μοι, ὡϲ ὅτε πατρὶ ἅμ᾽ ἕϲπεο Τυδέϊ δίῳ ἐϲ Θήβαϲ ... sequunt quae dea iuvante pater effecit. v. 291 pergit ϲὺν ϲοί; δῖα θε ὅτε οἱ πρόφραϲϲα παρέϲτηϲ. ὣϲ νῦν μοι ἐθέλουϲα παρίϲτα καί με φύλαϲϲε. Apud Pindarum Heracles Iovem ut Telamo filium det imprecans exclamat Isth. V (VI) 42 εἴποτ᾽ ἐμᾶ ὦ Ζεῦ πάτερ, θυμῷ θέλων ἀρὰν ἀκούϲαϲ ... νῦν ϲε νῦ εὐχαῖϲ ὑποθεϲπεϲίαιϲ λίϲϲομαι cf. Aeschyl. Ag. 520 εἴπου πά λαι ... προϲείδετ᾽ ... δέξαϲθε. Soph. O.R. 165 (chor.) εἴ ποτ καὶ προτέραϲ ἄταϲ ... ἠνύϲατ᾽ ... ἔλθετε καὶ νῦν.[1]) v. Eurip Iph. Taur. 1082 ἥ περ μ᾽ Αὐλίδοϲ κατὰ πτυχὰϲ δεινῆϲ ἔϲωϲα ἐκ πατροκτόνου χερόϲ ϲῶϲόν με καὶ νῦν. frg. 781 N[2] (Phaet. vs. 59 ϲύ θ᾽ ὡϲ πάροϲ δέϲποινα Δήμητροϲ κόρη Ἥφαιϲτέ τ ἔϲτε πρευμενεῖϲ δόμοιϲ ἐμοῖϲ.[2])

Sed priusquam ad aliam causam transeamus, commemorar liceat et in aliis precibus talia reperiri. Speciminis gratia, quomod Indi preces auxerint, afferam: cf. *Oldenberg* l. c. p. 436: „*Man unterstützt seine Bitten durch die Erinnerung an den eigenen Eifer an die alte Freundschaft mit dem Gott und dessen frühere Wohlthaten*“ cf. *Kaegi. R. V.* p. 43. not. 101 et „*70 Lieder*“ 22, 5 = 10, 108

Eiusdem generis est, quod petentes afferunt se, quia vincul quodam cum deo invocato coniuncti sint, summo iure sperare eum petita effecturum esse.[3])

cf. Bacchyl. XVI 53 Ζεῦ πάτερ ἄκουϲον εἴπέρ μ[ε κούρ]α Φοίνιϲϲα λευκώλενοϲ ϲοὶ τέκε ... Pind. Ol. VI 58 ἐκάλεϲε Ποϲειδᾶν ... ὃν πρόγονον. cf. Il. X 278 Rhes. 609 p. 531 laudatos Philoct. 134 Odysseus de Athena ἣ ϲώζει μ᾽ ἀεί. Hippol. 887 Theseus ad patrem ὦ πάτερ Πόϲειδον. Iph. Taur. 1399 Iphigenia: ϲῶϲόν με τὴν ϲὴν ἱέρειαν. Phoeniss. 1365 Polyneices a Heram: ϲὸϲ γὰρ εἰμ᾽, ἐπεὶ γάμοιϲ ἔζευξ᾽ Ἀδράϲτου παῖδα κα ναίω χθόνα ... Aeschylus Cererem, ut initiatus, Aristoph. ran 886 ἣ θρέψαϲα τὴν ἐμὴν φρένα precatur.

Sed non solum is, qui ipse privato quodam vinculo cum de coniunctus est, causam illam pronuntiat, ut sibi deorum auxilium paret, sed etiam ab iis, qui, cum in summis angustiis versentur, vinculo illo, ut ita dicam, indigent, a dei filio petunt, ut intercedat.[4] Cf. ea quae a Diodoro 4, 61, Apollodoro 3, 12, 6. 9, 10 (Bekk.) Pausan. 2, 29, 2 narrantur de Aeaco.: oraculum suasisse in summ angustiarum versantibus, ut Aeacum ... τὸν Διὸϲ καὶ Αἰγίνηϲ ... a rogandum adducerent, tamquam si „εὐϲεβέϲταϲοϲ“ ille summam auctori

1) De Antig. 1140 v. *Adami* l. c. p. 234. 235 not. 1 locosque ab e laudatos.

2) Huc referam: Aristoph. equit. 591 δεῖ γὰρ τοῖϲ ἀνδράϲι τοῖϲ πάϲῃ τέχνῃ πορίϲαι ϲε νίκην εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν.

3) cf. supra p. 511 *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 224.

4) cf. *Lasaulx l. c.* p. 9.

tatem deos adeuntium haberet. Quid? Nonne similia ex aliis religionibus comparari possunt?

Sed mittamus hanc gravissimam rem atque transeamus ad reliquas causas, quibus imprecantes officio iustitiae vel aequitatis coactos esse deos adiuvare putaverint. Quibus in rebus deum describentes, quibus angustiis premantur orantes, ad misericordiam movent: Eurip. Electr. 1329 ἔνι γὰρ κἀμοὶ τοῖς τ' οὐρανίδαις οἶκτοι θνητῶν πολυμόχθων. v. *Spengler: Theologum. Euripid. Prg. Köln* 1863. p. 17 not. 47. Itaque haud raro copiose miseriae orantium explicantur; attamen advertendum est in scriptoribus tragicis interpretandis illustrandi causa, expositionis causa nonnunquam multa verba facta esse. Sed ne tritissimam rem repetam, locos tantum verbis non adiectis laudem:

Il. I 506 sqq., XVI 516, XXI 274, Odyss. V 445 sqq., Aeschyl. Choeph. 131/37, 247 sqq. Soph. Ai. 837. El. 118. O.R. 922. O.C. 101/105. Eurip. Alc. 164. El. 672. Hel. 1442. Heracl. 492. Cycl. 351. Aristoph. vesp. 328, 390.[1])

Praeterea, qua sint potentia, dei admonentur atque rogantur, ut adiuvent. Cf. locum a Naegelsbach laudatum: Theogn. 13 εὐχομένῳ μοι κλῦθι κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε. σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοῦ δὲ μέγα. Eiusdem generis sunt hi versus: Aeschyl. Choeph. 262/63 κόμιζ', ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγαν δόμον. Eurip. Hel. 1444 κἂν ἄκρᾳ θίγῃς χερί, ἥξομεν ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. Optime illam rem illustrant verba Eurip. Suppl. 65 sqq. ἔχομεν ἔνδικα . . . καί σοί τε πάρεστι σθένος. Quae cum ita sint, dei humano more instituti opem ferre debent. Quibus opinionibus commoti petentes talia proponunt humana: Iphigenia ad Artemin: Eurip. Iph. Taur. 1401 φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον. Aristoph. vesp. 389 Philocleon ad Lycum: σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων ἀεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς.[2]) cf. Aeschyl. Choeph. 491 μέμνησο λουτρῶν, οἷς ἐνοσφίσθης κ. τ. λ. Soph. El. 68 auget Orestes precationis vim his verbis: σοῦ γὰρ ἔρχομαι δίκῃ καθαρτὴς πρὸς θεῶν ὡρμημένος. El. 117 τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν, μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος. O.C. 102 δότε πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα, εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.

Sed non semper homines quasi animo submisso deos adeunt, sed etiam rati se optime scire, quo tempore modus miseriarum trans-

---

1) cf. de his *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 215. — *Kaegi, R. V.* p. 43 ex carminibus laudat: *„wenn ich so viel besäfse, wie du, o Gott, ich würde den Sänger nicht der Armut preisgeben."*

2) Huc quadrant in versibus Pind. Ol. I 77 verba Pelopis: φίλια δῶρα Κυπρίας ἄγ' εἴ τι, Ποσείδαον, ἐς χάριν τέλλεται. v. quae Boeckh adnotat ad h. l.

eatur, deos acerba reprehensione perstringunt.[1]) Cf. Herodot. VI : Cleomenis verba: ὦ Ἄπολλον χρηστήριε, ἦ μεγάλως μ' ἠπάτηκ φάμενος Ἄργος αἱρήσειν. Aeschyl. Eum. 106 ἦ πολλὰ μὲν : τῶν ἐμῶν ἐλείξατε, χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα, κ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοιν: θεῶν. καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. Posteriore aeta illa reprehendendi consuetudo rarius invenitur, cum aliae sententi vigerent.[2])

Sed Euripides reprehensionibus illis prudens ac consilio saepi usus est in precibus; cf. Hel. 1099 ἅλις δὲ λύμης, ἣν μ' ἐλυμήν πάρος ... 1102 τί ποτ' ἄπληστος εἶ κακῶν ἔρωτας ἀπάτας δόλ τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα φίλτρα θ' αἱματηρὰ δωμάτων; 1446 ἅλ δὲ μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν πάρος. Heraclid. 869 χρόνῳ μὲν ἅμ' ἐπεσκέψω κακά ... frg. 900 N² ὤφειλε δῆθεν, εἴπερ ἔστ' οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι. cf. Phoen. ‹ v. *lin.* 28. — Inde proficiscitur Euripides philosophus et in deorum o] niones vulgares acerrime invehitur, ut iis, qui audiant et labo] hominum in scaenam prodeuntium videant, demonstret, quam absur sit eorum opinio, qui tales esse deos velint, quales homines iisde: que quibus humanam naturam affectionibus obnoxios cogitent. primum quidem homines precantes dubitantes facit, num tales s: dei, quales tradantur: cf. Heracl. 490 ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγ εἰσακούεται (Wil.) θνητῶν παρ' Ἅιδῃ. Hipp. 890 εἴπερ ἡμῖν ὤπ σας σαφεῖς ἀράς. Hel. 1441 ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλῆ θεός. Cycl. 354 Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ', εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπε ἄλλως νομίζει Ζεύς, τὸ μηδὲν ὤν, θεός. Orest. 1231 ὦ πάτ ἱκοῦ, δῆτ', εἰ κλύεις εἴσω χθονὸς τέκνων καλούντων.[3]) Phoen. χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυ καθεστάναι.

Etsi ante Euripidem iam multi de iis, quae de deorum natu fabulis tradebantur, dubitaverunt[4]), tamen poeta ille clarrissimus n vas illas opiniones primus in preces inseruit, cum praesertim e loquentes fingeret, qui egregiam imaginem tristissimae miseriae pra bebant: cf. Hecubam in Troad. dicentem vss. 98/152. 469. 124 1280. 1295; et homines in Helena, Hercule, Ione fabulis loquentes Sed non solum inanes illas nugas et commenta levia, quae mens i

---

1) De exemplis Homericis cf. *Naegelsbach*: *H. Th.* p. 200.

2) cf. *Naegelsbach* N. H. Th. p. 224—27; de reprehensione oracu delphico facta multa exempla afferri possunt. cf. *Nestle, Euripides, d Dichter der griechischen Aufklärung* p. 108 sqq.

3) In prece Hel. 965 generaliter Menelaus mortuos vim quanda habere infitiatur.

4) cf. *Decharme: Euripide et l'esprit de son théâtre* p. 59 sqq. *Schw* l. c. I p. 141. *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 427 sqq. *Nestle* l. c. p. 87—

5) cf. locos a *Lübcker* l. c. p. 5, 11. a *Decharme* l. c. p. 64 collectos.

culta sibi finxerat, reiecit atque sprevit, sed etiam suam opinionem haud raro explicuit per eos, quos loquentes induxit: ita Amphitruoni preces illas captiosas Heracl. 339/47 pronuntianti Herculem verbis Xenophanis respondentem fingit a v. 1340.[1]) In Troad. cum Andromache et Cassandra tum Hecuba et sententias populares explicant et poetae opiniones proferunt: cf. vs. 914 sqq., ubi elegantissimam illam disputationem inter Helenam in deos transferre malefactorum culpam studentem et Hecubam Euripidis ipsius sententiam promulgantem a v. 969 et fabulas illas Iliacas acerrime refutantem inseruit.[2])

Etiamsi statuere nequeamus Euripidem certos homines, ut tales novas opiniones doceret, elegisse, tamen is, qui hanc partem precationum in Euripidis fabulis traditarum iterum atque iterum pervestigaverit pertractaveritque, qua tam varia et diversa proponuntur, cognoscet eas opiniones, quae minime cum religione populari pugnent et, quae sancta atque venerabilia vulgo habebantur, privent illa sanctitate, effundi per nuntios.[3]) Nuntius in scaenam prodit et oratione recta ad verbum preces cuiusdam recitat, non oratione obliqua ut apud Aeschylum Sept. 639 — uno loco Heraclid. 851/55 excepto —. Quae proprietas a ceteris poetis tragicis aliena summi esse momenti mihi videtur, cum hac ratione eas veteres opiniones, quibus, quamquam veras non putat, tamen carere non potest, nullo ipsius iudicio addito tribuit narrationibus nuntiorum.[4])

In numero earum precum, quae non per nuntios proferuntur, hae tantum reprehensione carentes inveniuntur: Iph. Taur. 1082—1088 preces ab Iphigenia sacerdote ad deam missae, Suppl. init. ab Aethra ad Cererem, quae fabula in universum sollemni quodam tenore scripta est[5]); El. 671: ab Electra et Oreste ad patrem mortuum datae; ceterae preces, quas adhibui, plenae sunt reprehensionis et contemptus deorum vulgarium, ut supra demonstravimus. Sed non solum veterem deorum opinionem contempsit, sed etiam novas de deorum natura sententias pronuntiavit, novos deos imprecatus est — cf. Troad. 884 sqq. et apud Aristoph. ran. 894 — et sanctiores et honestiores; neque ut attingam, quae ad hanc partem precationis pertinent, deos maximis sacrificiis votisque petita dare cogi posse, sed qua mente immolaretur, maxime interesse putabat. cf. frg. 327, 6 ⟨τοὺϲ⟩ θεοῖϲι μικρὰ θύονταϲ τέλη τῶν βουθυτούντων

1) cf. *Heracles* ed. *Wilamowitz*² ad. vs. 340 et 1340 et eiusdem *Griech. Trag.* I p. 288/89.

2) cf. *Steiger,* Philologus (1900) p. 362 sqq.

3) Exempla precum a nuntiis pronuntiatarum: Alc. 163/69. Hec. 532/37, Hel. 1584 sqq. Heraclid. 851 sqq. El. 805 sqq. Hipp. 1190 sqq. Iph. Aul. 1570 sqq. Iph. Taur. 269 sqq. 1398 sqq. Phoen. 1364 sqq. 1372 sqq.

4) Nuntiis omnino agendum non est, sed narrare tantum licet. cf. *Rassow: Quaestiones selectae de Euripideorum nuntiorum narrationibus.* Gryph. Diss. 1883. p. 17/18.

5) cf. Rohde, *Psyche* II² p. 253 not. 4.

ὄντας εὐσεβεστέρους (εἰσορῶ).[1]) *Nestle* l. c. p. 53, 10 c. not. et p. 117 planius de hac re disputat sententiasque illas tribuit Heraclito. Inde ab illo saeculo illam opinionem de sacrificiis eorumque vi semper pervulgatam invenimus: cf. Alcib. II 149 D, ubi contra τὸ θεοὺς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς πείθειν disputatur: cf. Plat. rei publ. 2, 364 B. 3, 399 B. legg. 10, 909 B. 931 BC.[1]) Xenoph. memorab. 1, 3, 3 de Socrate commemoratur: θυσίαις δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ μεγάλα θυόντων.[2]) Apud Stoicos semper urgetur *mens pura* in precibus adhibenda[3]): v. Sen. epist. 95, 50 *vis deos propitiare? bonus esto, satis illos coluit, quisquis imitatus est.* 60, 1 *o quam inimica nobis sunt vota nostrorum!* cet. *sunt vota nostrorum*. — cf. quae Persius secunda satira explicat, ubi doctrinam stoicam sententiae prioris aetatis de efficacia precum opponit. . . . vs. 3 *non tu prece poscis emaci . . . quae nisi seductis nequeas committere divis.* v. schol. ad. 4 *quia putant impia postulant promissis votis deorum redimere voluntates.* vs. 48 *et tamen hic extis et opimo vincere ferto intendit.* cf. 73/75 schol. cf. Juv. sat. X inde passim talia explicantis. cf. Apoll. Ty... epist. 26 (Hercher.) Porphyr. de abstinent. 2, 15 ad. Marcell. c. ... Sed ne longius aberremus a proposito nostro, haec quidem stat... mus: Ab Euripidis aetate, secundum doctrinas philosophorum, p... vulgari coeptas esse sententias, secundum quas pars illa secunda ... precibus tractandis omnino fere usurpari non posset. Non iam ... mines, ut ex exemplis supra allatis elucet, deos commovere atque i... quodam obstringere nitebantur, ut, quae sibi optabant, mome... temporis darent, sed aliae rationes et honestiores adhibebantur. Ita... Euripides in precatione illa celeberrima Troad. 884 sqq.[4]) expli... deum semper iustitia uti, eiusdemque iustitia confisus Socrates Xeno... Mem. 1, 3, 2 deis permittit dare quae utilia sint, cum hom... nesciant. Quae sententia apud Stoicos vulgaris erat: cf. Epictet. ... 2, 1, 2, 95. 4, 4, 21 . . . εἰ ταύτῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ γενέσθω atque inde usque ad Christi preces pervenit celeberrimas: cf. Matth. 26, 39 πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Sat... superque mihi videtur esse dictum quantam ad existimationem p... cantes pervenerint paulatim deorum eorumque consuetudinum c... hominibus initarum; attamen sequente parte denuo ad has opinio... revertamur.

---

1) cf. *Zeller: Philosophie der Griechen* II³ p. 785.
2) cf. *Schmidt* l. c. II 43.
3) cf. de Stoicorum precibus: *A. Bonhöffer: Die Ethik des Stoik... Epiktet.* 1894. p. 75 sqq. Zeller l. c. III³ p. 311. 313. d. *Dieterich: Nec...* p. 67 de his sententiis.
4) cf. *Nestle* l. c. p. 145: *Die Gottheit des Euripides.*

III.

Nunc denique ad tertiam partem, preces ipsas, descendamus. Ac primum quidem de formulis pauca praefari liceat. Nonnunquam transitur ad preces voce ἀλλά:

cf. Il. X 463 ἀλλὰ καὶ αὖτις· plerumque nomine dei invocati repetito: Il. VIII 242 ἀλλὰ Ζεῦ, τόδε πέρ μοι ἐπικρήηνον ἐέλδωρ. Il. I 503 Thetis ad Iovem precatur et a vs. 508 his verbis ad preces ipsas progreditur: ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον, Ὀλύμπιε μητιέτα Ζεῦ. Cf. XVI 523. XIX 273 Soph. O. C. 101 Eurip. Iph. Taur. 1086. Haud raro hac vocula tota precatio initur: cf. Il. XVII 645 Ζεῦ πάτερ . . . ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι. Odyss. III 380 ἀλλὰ ἄνασσ' ἵληθι. Soph. El. 67 ἀλλ' ὦ πατρῴα γῆ. Aristoph. nub. 1478. vesp. 323. Thesm. 282.

Saepius usurpantur formulae νῦν, καὶ νῦν, cf. alterius partis elocutiones: εἴποτε . . . νῦν p. 531 v. Bacchyl. XVI 55 . . . νῦν Aeschyl. Eum. 287 . . . καὶ νῦν, praeterea quae antea exposita sunt, comprehenduntur vocula ταῦτα: cf. Soph. El. 655 ταῦτα, ὦ Λύκει' Ἄπολλον ἵλεως κλύων δός. Aristoph. pac. 1016 ταῦτ' . . . ἡμῖν δίδου. v. Demosth. 20, 49.[1])

Preces ipsae pronuntiantur modo imperativo, optativo, infinitivo, sacra illa forma vetustissima.[2]) Exempla illius infinitivi Homerica contulit *La Roche* ad Il. II 413, quem ad locum et ad alios scholiasta inscius adnotat: λείπει τὸ δός. v. Herodot. V 105 ὦ Ζεῦ ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Eurip. Heracl. 500 ἀμύνειν cf. *Wilamowitz, Heracl.* II² a. h. l. Denique forma negativa invenitur passim. v. Aeschyl. Sept. 71 μή . . . ἐκθαμνίσητε. Soph. Ai. 844 μὴ φείδεσθε. Eurip. Hel. 1098 μή μ' ἐξεργάσῃ. Aristoph. nub. 1478 μηδαμῶς θύμαινέ μοι, μηδέ μ' ἐπιτρίψῃς; saepius.

Imperativi frequentissimi a verbo διδόναι derivantur: de formula δός apud Homerum cf. *La Roche* ad Il. III 322; accedunt δίδου: Odyss. III 58; δίδωθι: III 380; δότε: Il. VI 476. Apud Aeschylum: δός: Choeph. 140. 480. 490. Soph. El. 646. 656. Eurip. El. 675/76. Hec. 540. Iph. Aul. 1575. Phoen. 85. 1367. 1374. ἀπόδος: Hel. 963. 972. δότε: Soph. O. C. 102. Eurip. Orest. 1243. saepius.

Praeterea saepe usurpatur verbum δέχεσθαι: de testimoniis ad sacrificia spectantibus cf. supra p. 530. v. Aeschyl. Eum. 236 δέχου . . . ἀλάστορα Ag. 517. στρατὸν δέχεσθαι ibid. 521 δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ v. Suppl. 29. 219. Soph. O. C. 44. Augentur illae voculae saepius adiectivis vel adverbiis adpositis his: *ἵλαος*,

1) De formulis illis in hymnis usurpatis cf. *Adami*, l. l. p. 234.

2) De infinitivo in hymnis usitato cf. *Adami*, l. l. p. 243, in rebus magicis *C. I. A. app.* ed. *Wünsch* s. v. *D. Devotionum formulae singulis verborum modis conceptae.*

ἵλεως, εὐμενής, πρευμενής, πρόφρων, εὔφρων, quae formulae sacrae et sollemnes summo iure dici possunt:

Pind. Pyth. 12, 4 ἵλαος ... cὺν εὐμενείᾳ ... δέξαι. Soph. El. 1376 ἵλεως αὐτοῖν κλύε. 655 ταῦτα ... ἵλεως κλύων δός. Theogn. 781 ἵλαος ἡμετέρην τήνδε φύλαccε πόλιν. Frg. trag. adesp. N² 164. ἵλεως γενοῦ. Plato. legg. IV 712 B θεὸν πρὸς τὴν τῆς πόλεως καταcκευὴν ἐπικαλούμεθα, ὁ δὲ ἀκούcειε καὶ ἀκούcας ἱλέως εὐμενής τ' ἡμῖν ἔλθοι; saepius.[1] Herodot. 2, 45 παρὰ τῶν θεῶν καὶ παρὰ τῶν ἡρώων εὐμενείη εἴη. Aeschyl. Suppl. 686 εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔcτω. Ag. 951 τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς θεὸς πρόcωθεν εὐμενῶς προcδέρκεται. Soph. Antig. 1199 αἰτήcαντες ἐνοδίαν θεὸν Πλούτωνα τ' ὀργὰς εὐμενεῖς καταcχεθεῖν. Frg. 644 N² Ἀcκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών. Eurip. Alc. 791 εὐμενὴς γὰρ ἡ θεός. Bacch. 923 ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ πρόcθεν ὢν οὐκ εὐμενής. Andr. 54 εἴ πως ... θεὸν παράcχοιτ' εὐμενῆ; Iphig. Taur. 1086 εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονός. Med. 918 τ' ἄλλα δ' ἐξεργάζεται πατήρ τε καὶ θεῶν ὅcτις ἐcτὶν εὐμενής. Suppl. 630 chor. πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ τῇδε εὐμενής. Suppl. 552 πρός τε γὰρ τοῦ δυcτυχοῦς ὡς εὐμενὴς ᾖ, τίμιος γεραίρεται. ibid. 1230 εὐμενοῦς πόλει οὔcης Frg. 26 N² ἡνίκ' ἐcτὶν εὐμενής. Aristoph. Lysistr. 204 τὰ cφάγια δέξαι εὐμενής. Cf. Menandr. frg. 616. Plutarch. de superstit. 166 D Antonin. ἑ. ἑ. 9, 10. Epictet. diss. 3, 1, 36 saepius. De papyris cf. indic. apud *Wessely* et al.

Aeschyl. Suppl. 138 τελευτὰς ... πατὴρ ... πρευμενεῖς κτίcειεν. ibid. 210 Ζεὺς ... ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος. Pers. 609 παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοάς. ibid. 685 χοὰς δὲ πρευμενὴς ἐδεξάμην (Darius). Soph. El. 453 αἰτοῦ ... δὲ πρευμενῆ ἡμῖν ἀρωγὸν αὐτὸν ... μολεῖν. Eurip. Hec. 538 πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ. Frg. 781, 60 N² ἔcτε πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.

Il. VIII 23 ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύccαι. ibid. 39 θυμῷ πρόφρονι. XIV 357 πρόφρων νῦν Δαναοῖcι, Ποcείδαον, ἐπάμυνε. Odyss. XIII 359 αἴ κεν ἐᾷ πρόφρων με Διὸς θυγάτηρ ... ζώειν. XIX 398 ὁ δέ οἱ πρόφρων ἅμ' ὀπήδει. Hesiod. opp. 667 εἰ δὴ μὴ πρόφρων γε Ποcειδάων ... Aeschyl. suppl. 216 cυγγνοῖτο δῆτα καὶ παραcταίη πρόφρων. Choeph. 1063 c' ἐποπτεύων πρόφρων θεὸς φυλάccοι. Soph. El. 1380 γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγός. Eurip. Alc. 743 πρόφρων cε χθόνιος θ' Ἑρμῆς Ἅιδης τε δέχοιτ'. Aristoph. av. 928 (Pindar) δὸς ἐμὶν ὅ τί περ τεᾷ κεφαλᾷ θέλεις πρόφρων δόμεν ἐμίν τεΐν. Soph. Ai. 702 ἄναξ Ἀπόλλων ὁ Δάλιος εὔγνωcτος ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων. De formulis ἐλθὲ, ἰδοῦ, ἄκουcον, κλῦθι preces in universum incipientibus supra planius exposuimus; restat, ut commemorem formulas illas Homericas: κρήηνον ἐέλδωρ: Il. I 41. 504 ἐπι-

1) cf. *Drexler, Mythol. Beitr.* p. 53 not. 1.

ρήηνον ἐέλδωρ: I 455 VIII 242 XVI 238 κρηήνατ᾽: Odyss. XVII 42. κρῆνον ... ἔπος XX 115.

His formulis enumerandis ad ea, quae rogantur, transgressi sumus, uae quidem planius perlustremus. Quoniam, ut supra exposuimus, ɔcasio precandi secundum ea, quae momentum temporis postulat, ιptatur, preces quoque variae ac diversae effunduntur. Itaque quae uidem optanda oranti in mentem veniunt, petuntur a deis tque brevi post voluntate versa abrogantur. Cf. Il. I 42 hryses iratus Apollinem rogat, ut mittat pestiferas sagittas: τίσειαν ιαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσιν βέλεσσιν et idem v. 456 precatur ἤδη ὖν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον. Optime illud genus illustratur ɛemplis Homericis, cum ex eis, quae carminibus illis continentur, ιco discrimina pugnae, planius variae preces deriventur.

cf. Il. V 118 δὸς ... μ᾽ ἄνδρα ἑλεῖν καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν. VI 306 ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος ... ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. X 281 δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας εὐκλεῖας ἀφικέσθαι. 285 σπεῖο ... 291 παρίσταο καί με φύλασσε. XVI 523 Glaucus violatus Apollinem imprecatur: ἕλκος ἄκεσσαι, κοίμησον δ᾽ ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος ... XVII 645 Aias, postquam nebula exorsa conspectum hostium ademit, petit ῥῦσαι ὑπ᾽ ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν, ποίησον δ᾽ αἴθρην ... δὸς ... ἰδέσθαι. Odyss. IV 765 Penelope: φίλον υἷα σάωσον, μνηστῆρας δ᾽ ἀπάλαλκε. VI 327 Odysseus: δὸς μ᾽ ἐς Φαίηκας φίλον ἐλθεῖν ἠδ᾽ ἐλεεινόν. IX 530 Polyphemus: δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι, ἀλλ᾽ ... ὀψὲ κακῶς ἔλθοι.

Multa alia adiungi possunt, sed mittamus exempla, quae Naegelsach planius congessit[1]); atque nonnulla alia testimonia e precibus ·agicorum et posterioris aetatis colligamus, ubi eundem in modum ı bona et mala sibi et aliis, prout temporis momento optabilia ·dentur, orant:

Aeschyl. Sept. 71/77 μὴ ... πόλιν ... ἐκταμνίσητε ... γένεσθε δ᾽ ἀλκή. Choeph. 19 γενοῦ δὲ σύμμαχος θέλων ἐμοί. ibid. 138 ἐλθεῖν δ᾽ Ὀρέστην δεῦρο. ibid. 142 τοῖς δ᾽ ἐναντίοις λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον ... Eum. 236 δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα. ibid. 297 ἔλθοι ... ὅπως γένοιτο τῶν δ᾽ ἐμοὶ λυτήριος. Soph. Ai. 826 πέμψον τιν᾽ ἡμῖν ἄγγελον, κακὴν φάτιν Τεύκρῳ φέροντα ... 832 Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κομίσαι ... 844 σεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ ... 846 Ἥλιε ... ἄγγειλον, ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ᾽ ἐμὸν γέροντι πατρὶ ... 854 ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ᾽ ἐπίσκεψαι μολών. El. 68 δέξασθε μ᾽ εὐτυχοῦντα ταῖσθε ταῖς ὁδοῖς ... 71 μή μ᾽ ἄτιμον τῆσδ᾽ ἀποστείλητε γῆς, ἀλλ᾽ ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων. 115 ἔλθετ᾽ ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς φόνον ἡμετέρου καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ᾽ ἀδελφόν. 645 pravissimas illas preces Clytaemnestrae: ταῦτά μοι ... εἰ μὲν

1) cf. *Naegelsbach, H. Th.*[3] p. 199.

πέφηνεν ἐcθλά, δὸc τελεcφόρα, εἰ δ' ἐχθρά, τοῖc ἐχθροῖcιν ἔμπαλιν μέθεc. 1380 γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγόc τῶνδε τῶν βουλευμάτων. O. R. 920 ἱκέτιc ἀφῖγμαι . . . ὅπωc λύcιν τιν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρῃc O. C. 102 δότε πέραcιν ἤδη καὶ καταcτροφήν τινα.[1])

Eiusdem generis sunt preces Euripidis: Hecab. 539 λῦcαί τε πρύμναc καὶ χαλινωτήρια νεῶν δὸc ἡμῖν πρευμενοῦc τ' ἀπ' Ἰλίου νόcτου τυχόνταc πάνταc εἰc πάτραν μολεῖν. Cf. Iph. Aul. 1575 καὶ δὸc γενέcθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα Τροίαc τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶc δορί· Hel. 1094 ἀνάψυξον πόνων. 1101 θανεῖν δ' ἔαcόν μ'- 963 ἀπόδοc ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά cε . . . 972 ἢ νῦν ἐκείνου ἀπόδοc ἐμψύχουc πάλιν. 1442 μετάcτηcον κακῶν. 1586 cῶcατέ μ' ἐπ' ἀκτὰc Ναυπλίαc. Heraclid. 851 ἡμέραν μίαν νέοc γενέcθαι κἀπο - τίcαcθαι δίκην ἐχθρούc. El. 675 νίκην δόc. 679 ἄμυν' ἄμυν' . . . Iph. Tau[r.] 1084 cῶcόν με καὶ νῦν τούcδε τ' . . . 1086 εὐμενὴc ἔκβηθι βαρβάρο[υ] χθονόc. 1399 cῶcόν με τὴν cὴν ἱέρειαν. Phoen. 1367 δόc μοι κτανε[ῖν] ἀδελφόν. 1374 δὸc ἔγχοc ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸc εἰc cτέρν' ἀδελφο[ῦ] τῆcδ' ἀπ' ὠλένηc βαλεῖν κτανεῖν θ' ὃc ἦλθε πατρίδα πορθήcων ἐμή[ν].

Apud Aristophanem multa testimonia eiusdem generis exstan[t]. cf. sub voce δέξαι p. 538 cf. Ach. 247 κεχαριcμένωc cοι . . . ἐμὲ πέμψαντ[ ]α καὶ θύcαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν ἀγαγεῖν . . . τὰc cπονδὰc . . . καλῶ[ ]c ξυνενέγκειν. vesp. 393 ἐλέηcον καὶ cῶcον νυνὶ τὸν cαυτοῦ πληcιό- χωρον. 870 τὸ πρᾶγμ' ὃ μηχανᾶται ἔμπροcθεν οὗτοc τῶν θυρῶ[ν], ἅπαcιν ἡμῖν ἁρμόcαι παυcαμένοιc πλάνων. Accedunt preces quib[u]s in risus deflexit homines qui audiunt: vesp. 324 ἤ με ποίηcο[ ]ν καπνὸν ἐξαίφνηc, ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδο- μάμαξυν . . . (cf. schol. ad h. l.). Thesm. 287 πολλὰ πολλάκιc μέ c[ ]ι θύειν ἔχουcαν, εἰ δὲ μάλλὰ νῦν λαθεῖν. καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρο[ ]ν ἀνδρόc μοι τυχεῖν πλουτοῦντοc, ἄλλωc τ' ἠλιθίου κἀβελτέρου, κ[α]ὶ πρὸc θάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρέναc. Ach. 816 negotiat[o]r Megaricus dicit: Ἑρμᾶ 'μπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὰν οὕτω [ ] ἀποδόcθαι τάν τ' ἐμαυτοῦ ματέρα. equit. 766 (Kleon.) ὥcπερ νυ[ ]ὶ μηδὲν δράcαc δειπνεῖν ἐν τῷ πρυτανείῳ. Lysistr. 742 ἐπίcχε[ ]c τοῦ τόκου ἕωc ἂν εἰc ὅcιον μόλω 'γὼ χωρίον. Eccl. 369 ὦ πότν[ι'] Εἰλείθυια, μή με περιίδῃc διαρραγέντα μηδὲ βεβαλανωμένον ἵν' [μ]ὴ γένωμαι cκωραμὶc κωμῳδική. Nugae illae cumulantur aliis loci[s]: cf. pac. 991 sqq. Thesm. 295 sqq. Sed his precibus non solum ad r[i]- sum vertere voluisse ille poeta mihi videtur hominum animos, se[d] etiam ut supra contendimus et infra p. 544 exponemus ad maio[r]a spectasse illudendo veterum suaeque aetatis mores.

Atque priusquam de petitis honestioribus atque decorioribus di[s]- seramus, nonnullis verbis de precibus in universum editis dicamu[s], quibus homines auxilium, misericordiam, gloriam talia assequ[i] student: cf. Odyss. V 450 ἐλέαιρε. Aeschyl. Choeph. 130 ἐποίκτιρο[ν];

1) Talia saepius in precibus magicis Papyr. mus. Lugd. Bat. IX [ ] τέλει τελείαν τελετήν. VIII 11 τέλεcόν μοι τήνδε πρᾶξιν. Papyr. Pari[s]. *(Wessely)* 2565 πρᾶγμα τέλεcον. 2868 καί μοι τόδε πρᾶγμα ποίηcον.

ɔid. 502 οἴκτιρε; Soph. O. C. 109 οἰκτίρατ'; cf. exempla supra sub formulis p. 537 sqq. laudata. Il. XXIV 592 μή μοι... cκυδαινέμεν. Soph. El. 1382 δεῖξον ἀνθρώποιcι τἀπιτίμια τῆc δυccεβείαc οἷα δωροῦνται θεοί. Eurip. El. 805 πολλάκιc με βουθυτεῖν καὶ τὴν κατ' οἴκουc Γυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμὴν πράccονταc ὡc νῦν, τοὺc δ' ἐμοὺc ἐχθροὺc κακῶc. Hipp. 523 cύνεργοc εἴηc. τἄλλα δ' οἷ' ἐγὼ φρονῶ, τοῖc ἔνδον ἡμῖν ἀρκέcει λέξαι φίλοιc. Il. VII 203 δὸc νίκην Αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὖχοc ἀρέcθαι. Odyss. III 57 κῦδοc. ibid. 380 κλέοc ἐcθλὸν. Il. I 505 τίμηcόν μοι υἱόν ... Il. VI 476 Hector pro infante filio haec petit: Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέcθαι παῖδ' ἐμόν, ὡc καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεccιν, ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάccειν· καί ποτέ τις εἴποι πατρόc γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων ἐκ πολέμου ἀνιόντα φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα κτείναc δήιον ἄνδρα, χαρείη δὲ φρένα μήτηρ.[1]) Eiusdem generis mihi videtur esse oratorum Atticorum consuetudo initio orationis deos summatim imprecandi: cf. *Meuss,* l. c. p. 460. De eodem more Periclis cf. Plutarch. Pericl. 8, 3. Moral. 803. Quint. inst. 12, 9.[2])

Neque praetermittendum mihi videtur esse a deis et peccatorum veniam peti non in universum, sed eorum, quae in eos ipsos commissa sunt: cf. Simonidis frg. 22. Bergk P. L. G. II p. 241 vs. 15 μεταιβολία δέ τις φανείη, Ζεῦ πάτερ, ἔκ cεο, ὅτι δὴ θαρcαλέον ἔποc, εὔχομαι [καὶ νόcφιν] δίκαc, cύγγνωθί μοι. Herodot. VI 86, 4 ταῦτα ἀκούcαc ὁ Γλαῦκοc cυγγνώμην τὸν θεὸν παραιτέετο αὐτῷ cχεῖν τῶν ῥηθέντων. Soph. Antig. 65 ἐγὼ (Ismene) μὲν οὖν αἰτοῦcα τοὺc ὑπὸ χθονὸc ξύγγνοιαν ἴcχειν, ὡc βιάζομαι τάδε, τοῖc ἐν τέλει βεβῶcι πείcομαι. Eurip. Hipp. 117 χρὴ cυγγνώμην ἔχειν, εἴ τιc c' ὑφ' ἥβηc cπλάγχνον ἔντονον φέρων μάταια βάζει. Iph. Taur. 1400 κλοπαῖc cύγγνωθ' ἐμαῖc. Idem fere valent verba, quae Andromache de Neoptolemo Delphos profecto profert: Eurip. Andr. 54 sqq. εἴ πωc τὰ πρόcθε cφάλματ' ἐξαιτούμενοc θεὸν παράcχοιτ' εἰc τὸ λοιπὸν εὐμενῆ, (cf. frg. 645 N.² cυγγνώμοναc τοι θεοὺc εἶναι δόκει, ὅταν τιc ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ ...). Aristophanes Strepsiadem ad veteres deos reversum precantem facit ad Hermen nub. 1478: μηδαμῶc θύμαινέ μοι, μηδέ μ' ἐπιτρίψῃc, ἀλλὰ cυγγνώμην ἔχε μου παρανοήcαντοc ἀδολεcχίᾳ. vesp. 1001 veniam petit Philocles a deis, quod reus quidam absolutus est ἀλλ' ὦ πολυτίμητοι θεοί, ξύγγνωτέ μοι· ἄκων γὰρ αὔτ' ἔδραcα κοὐ τοὐμοῦ τρόπου. Cf. Xenoph. Mem. 2, 2, 14 cὺ οὖν, ὦ παῖ, ἂν cωφρονῇc, τοὺc μὲν θεοὺc παραιτήcῃ cυγγνώμοναc cοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκαc τῆc μητρόc. cf. p. 547.

Iam vero ad aliam seriem precum transgrediamur, quae cum artissime cum humanae vitae necessitatibus cohaereant, ita pervulgares sunt, ut quasi ad formulas congestae ab omnibus cuiusque gentis hominibus precantibus effundantur. Quid enim facilius in-

1) cf. *Naegelsbach, H. Th.*³ p. 199.
2) v. *L. Schmidt,* l. c. II p. 31 sqq.

tellegi potest quam ab eis, quorum maxime res ad vitam optime vivendam necessarias interest impetrare, divitias, fecunditatem agri et pecoris, bonam valetudinem peti? cf. Odyss. VII, 148 τοῖςι θεοὶ ὄλβια δοῖεν ζωέμεναι, καὶ παιςὶν ἐπιτρέψειεν ἕκαςτος κτήματ' ἐνὶ μεγάροιςι γέρας θ' ὅ τι δῆμος ἔδωκεν. XVII 354 Ζεῦ ἄνα Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράςιν ὄλβιον εἶναι, καί οἱ πάντα γένοιτο ὅςα φρεςὶν ᾗςι μενοινᾷ. Eurip. Hipp. 1111 εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράςχοι, τύχαν μετ' ὄλβου καὶ ἀκήρατον ἄλγεςι θυμόν. Saepius coniunguntur preces fecunditatis agri, mulierum talium, quae homines sibi rogant, inimicisque abrogare student cf. Soph. O. R. 269 ubi Oedipus formula quasi rituali pronuntiat contra eos, qui non summopere conantur Laii interfectorem explorare: καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶςιν εὔχομαι θεοὺς μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ τῷ νῦν φθερεῖςθαι κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι. Idem fere Danaides Argivis optant apud Aeschyl. Suppl. 630 sqq. v. vs. 674 τίκτεςθαι δὲ φόρους γᾶς ἄλλους [τ'] εὐχόμεθ' ἀεὶ Ἄρτεμιν θ' Ἑκάταν γυναίκων λόχους ἐφορεύειν. vs. 689 καρποτελῆ δέ τοι Ζεὺς ἐπικραινέτω φέρματι γᾶν πανώρῳ. πρόνομα δὲ βοτὰ τοῖς πολύγονα τελέθοι. Huc quadrant preces Electrae: Soph. Electr. 648 καὶ μὴ με πλούτου τοῦ παρόντος εἴ τινες δόλοιςι βουλεύουςιν ἐκβαλεῖν ἐφῇς ... Eurip. Alc. 165 τέκν' ὀρφανεῦςαι τἀμά, καὶ τῷ μὲν φίλην ςύζευξον ἄλοχον, τῇ δὲ γενναῖον πόςιν. μηδ' ὥςπερ αὐτῶν ἡ τεκοῦς' ἀπόλλυμαι θανεῖν ἀώρους παῖδας, ἀλλ' εὐδαίμονας ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆςαι βίον. Aristoph. pac. 1321 πλοῦτον ... κριθάς ... πολλάς ... γυναῖκας τίκτειν ἡμῖν (cf. Isaei περὶ Κίρωνος κληροῦ. 16 ηὔχετο ἡμῖν ὑγίειαν διδόναι καὶ κτῆςιν ἀγαθήν. v. commentar. *Schoemanni* editionis p. 387. cf. Isocrat. 8, 16 ὑγίειαν καὶ κτῆςιν ἀγαθήν).

Quibus cum petitis optime comparare licet, quae Xenophon Oecon. 11, 8 explicat: οὕτω δὴ ἐγὼ ἄρχομαι μὲν τοὺς θεοὺς θεραπεύειν, πειρῶμαι δὲ ποιεῖν, ὡς ἂν θέμις ᾖ μοι εὐχομένῳ καὶ ὑγιείας τυγχάνειν καὶ ῥώμης ςώματος καὶ τιμῆς ἐν πόλει καὶ εὐνοίας ἐν φίλοις καὶ ἐν πολέμῳ καλῆς ςωτηρίας καὶ πλούτου καλῶς αὐξαμένου; cf. frg. com. 163 Kock. II p. 525 αἰτῶ δ' ὑγίειαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν ... Menandr. Κολακ. frg. 292. Kock III p. 83 ... διδόναι ςωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων δὲ νῦν ἀγαθῶν ὄνηςιν πᾶςι ταῦτ' εὐχόμεθα; cf. Plutarch. Moral. 1, 166 D: de *superstitione* παρ' ὧν (θεῶν) αἰτούμεθα πλοῦτον εὐπορίαν ὁμόνοιαν, ὄρθωςιν λόγων καὶ ἔργων τῶν ἀρίςτων. Antonin. ἐ. ἑ. 9, 11 καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰςίν. εἰς ἔνια δὲ ςυνεργοῦςι εἰς ὑγίειαν, εἰς πλοῦτον, εἰς δόξαν. οὕτως εἰςὶ χρηςτοί. Eadem fere petuntur in precibus magicis: cf. Papyr. Mimaut 270 sqq. ζωήν, ὑγίειαν, ςωτηρίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν...[1]

1) cf. *Dieterich, Abraxas* p. 151 not. 3.

cf. *Dieterich, Abraxas* p. 196/97 l. 22 sqq. ὑγίειαν ... cωτηρίαν ... εὐπορίαν ... cf. *Dieterich,* Papyr. mag. mus. Lugd. Bat. VIII 8 cὺ δίδειc πλοῦτον, εὐτυχίαν, εὐτεκνίαν, ἰcχύν, τροφάc.[1]) saepius.

Quam usitata illa petita apud omnes gentes fuerint, facile cognoscas ex his exemplis:

cf. *Kaegi, 70 Lieder d. Rigveda* X = 1, 41 ad Aditiam v. 6: „der Sterbliche gelangt durch Euch zu jedem wünschenswerten Gut, zu *Kindersegen* unverletzt.“ XL = 17, 102: „er (Pargánja) suche unsere Felder heim, er ist, der *Samen giebt dem Kraut, der Kuh u. Stute ihre Tracht, des Mannes Weibe Fruchtbarkeit.*“ cf. *Kaegi, R. V.* p. 44. — *Oldenberg,* l. c. p. 434 citantur preces, quibus orantur: „Glück ... Nachkommenschaft ... fruchtbar die Weiber ... Regen zu aller Zeit ... fruchtbar reife das Korn.“ Cf. *Taylor* de Samoanis l. c. II p. 366: „möge Überfluss herrschen an Nahrung, lasst ein zahlreiches Volk für Euch in diesem Lande sein.“ p. 368 de Africanis: Kuh ... „Kinder, Vieh ... Glück ... Kinder ...“ inter petita reperiuntur. ibid. p. 370 de Asianis: „Lass unsere Heerden so zahlreich werden, daſs wir sie nicht mehr beherbergen können, gieb uns einen so reichen Kindersegen, dass die Sorge um sie ihren Eltern zu schaffen macht.“ v. *Buecheler, Umbrica* p. 50, 19, p. 67 not. 10 ad VI B 4. I A 16; cf. Cato, de re rust. apud Gellium 3, 21: „*Mars pater, te precor quaesoque, uti sies volens propitius mihi, domo familiaeque nostro, ut tu morbos ... prohibearis defendas averuncesque, utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire beneque evenire sinas, pastores pecuaque salve servassis duisque bonam salutem valetudinemque mihi domoque familiaeque nostrae.*“

Satis superque mihi tractata videntur petita ad vitae necessitates pertinentia; at non semper talia rogantur sola, sed cum his coniunguntur virtutes, ut res optabiles: cf. Callimach. hymn. ad Iovem in extremo: δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενόc τε. οὔτ' ἀρετῆc ἄτερ ὄλβοc ἐπίcταται ἄνδραc ἀέξειν οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο· δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον· quas formulas in hymnis saepius invenies. cf. Pind. Ol. 2, 58. Pyth. 5 initio. Hom. Hymn. 15, 9. 20, 8.

At vero et in precibus, ut ita dicam, privatis honestiora atque decora inveniuntur petita ab hominibus cuiusque generis. Cum quinto a. Chr. n. saeculo viri clarissimi, Socrates, Euripides, tales, qui in maiorum leges et instituta moresque in dies magis magisque invehebantur, ut novam normam res cum publicas tum privatas iudicandi inducerent, novas illas sententias palam pronuntiarent atque in Atheniensium animos insinuarent, magna mutatio existimationum earum rerum, quae ad mores hominum eorumque rationem, qua cum deis coniuncti erant, pertinebant, exorsa est. Ut iam supra p. 540 de maiore illa existimatione deorum diximus, qua

1) cf. *L. Schmidt,* l. l. I p. 86/87 et locos ab eo laudatos.

urgebatur alia aestimatio sacrificiorum, ita et preces ab eis, qui divinam maiestatem non iam humana illa condicione tractabant, longe alia ratione adhibebantur. Hominibus maior vis sibi ipsis nullo auxilio adiutis bona quaerendi atque parandi tribuebatur, atque dei, ut ita dicam, longius a rebus humanis amovebantur. Summa virium contentione sibi quaerant homines, quae velint, neve deorum auxilio freti quiescant! — ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. v. Eurip. El. 80 quae sententia saepius statuitur: cf. frg. Trag. adespot. N.[2] 527 θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται. cf. frg. Eurip. N.[2] 286, 13. Xenoph. inst. Cyr. 1, 66. Plut. Moral. 239, 29. *saepius* — neve petant quae ipsi sine deorum auxilio assequi possint quaeque indigna sint, quae a deis omnino petantur![1]) Itaque Aristophanes locis illis supra laudatis multitudini illi innumerabili rerum parvarum et pravarum, quibus morem antiquum et a sua aetate non alienum illudere studet, Thesm. v. 310 addit ταῦτ' εὔχεσθε καὶ ὑμῖν αὐταῖς τἀγαθά et v. 331 usque ad v. 350 ταῖς δ' ἄλλαισι ὑμῖν τοὺς θεοὺς εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά. Atque inde ab illis temporibus passim ea, quae antea petebantur, repudiantur atque alia praecipiuntur; imprimis a Platone et Xenophonte talia memoriae tradita sunt praecepta a Socrate instituta. Attamen prioribus quoque temporibus preces honestiores effunduntur a privatis hominibus, ut a Solone frg. 13, 1 P. L. Gr. (Bergck) II p. 423. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα, Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ· ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε καὶ πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν· εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν, τοῖς μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν κ. τ. λ.[2]) Atque praecipue a Pindaro, cuius in carminibus praeclarissima atque honestissima inveniuntur. cf. Ol. XIII 115 Ζεῦ τέλει' αἰδῶ δίδοι καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν. Nem. VIII 35 εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω. χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμ', αἰνέων αἰνητά, μομφὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς. cf. Xenoph. Mem. 1, 3, 2 καὶ εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τ' ἀγαθά διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας ὁποῖα ἀγαθά ἐστιν . . . τοὺς δὲ εὐχομένους χρύσιον ἢ ἀργύριον ἢ τυραννίδα ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν διάφορον ἐνόμισεν εὔχεσθαι ἢ εἰ κυβείαν ἢ μάχην ἢ ἄλλο τι εὔχοιντο τῶν φανερῶς ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο[3]); cf. quae Socratem ipsum

---

1) cf. exempla a *Schmidt, Ethik* II 34 collecta, et *Naegelsbach, N. H. Th.* p. 216.

2) Quomodo Crates hanc precem cynice verterit, v. Poet. Graec. frg. III 1, poet. Philosoph. frg. ed. Diels Crates, frg. 10 (1 B).

3) cf. Val. Max. 7, 2, ext. 1 (de Socrate) *etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late potentem errorem caecus precationes tuas spargis! divitias adpetis, quae multis exitio fuerunt: honores concu-*

petentem facit Plato in Phaedri 279 B. C. cf. p. 515. cf. Alcib. III 148 A: Alcibiades ad Socratem dicit: ἀλλὰ μάργον τέ μοι δοκεῖ εἶναι καὶ ὡς ἀληθῶς πολλῆς φυλακῆς, ὅπως μὴ λήσει τις αὑτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ τὰ ἀγαθά, ἔπειτ' ὀλίγον ἐπίσχων ὅπερ καὶ σὺ ἔλεγες, παλινῳδῇ ἀνευχόμενος ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξηται. cf. 138 B idem 142 E laudat poetae cuiusdam verba: φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὅς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ὡδί· Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, φησί, καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει.[1]) cf. 149 B. C: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι Ἕλληνες οἱ μὲν χρυσοκέρως βοῦς παραστησάμενοι, ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς εὐχόμενοι ἅττ' ἂν τύχῃ ταῦτα, ἄν τ' ἀγαθὰ ἄν τε κακά. Quae sententia opponitur eis, quae a Lacedaemoniis rogantur: cf. 148 C ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὔχονται τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς. πλεῖον δ' οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειε.[2]) Plutarch. Moral. 238 f. de eisdem: εὐχὴ δ' αὐτῶν, διδόναι τὰ καλὰ τ' ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πλέον οὐδέν. Aristotel. ethic. 5, 2 1129^{b} 4 (Bekk.) δεῖ δ' οὔ εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ καὶ αὑτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὑτοῖς ἀγαθά. cf. Demosth. 20, 161 ἀλλὰ χρή γ' ἀνθρώπους ὄντας τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ νομοθετεῖν, οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσῆσαι, καὶ τἀγαθὰ μὲν προσδοκᾶν καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι, πάντα δ' ἀνθρώπιν' ἡγεῖσθαι. In eandem fere sententiam Stoici iudicant, qui quamquam docebant providentia et fato res humanas regi, tamen preces non repudiabant[3]); cf. ea, quae inde alii de precibus disseruerunt: Max. Tyr. diss. XI et quae Persius secunda satira exposuit. In eandemque sententiam Iuvenalis satira decima dixit. cf. Antonini ἐ. ἑ. 5, 7 Ἤτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι ἢ οὕτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως. cf. 9, 40 Epictet. diss. 2, 16, 13. 2, 16, 42. Epictet. sententiae codicis Vaticani 1144, 4

---

piscis, qui complures pessumdederunt: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur: splendidis coniugiis inicis manus; at haec ut aliquando inlustrant, ita nonnunquam funditus domos evertunt. Socrates . . . nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent, quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis non impetrasse melius foret . . .

1) Antholog. Palat. X 108. Eadem precatio invenitur in codice quodam Harleiano 1752, ut *A. Dieterich* me docet.

2) cf. Plato, Krit. 106. legg. 7, 801 A. B. . . . 931 B. sqq. Politici 290 C. D. ad h. l. *Lobeck, Aglaoph.* I 11. 12. Sen. epist. 31, 2 saepius. cf. *Schmidt,* l. c. II 32 sqq., ubi planius de hac re agitur multaque exempla laudantur.

3) Speciminis causa precem illam in hymno Cleanthis traditam conferas: ἄγου δὲ μ' ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη ὅκοι ποθ' ὑμῖν διατεταγμένος ὡς ἕψομαι ἄοκνος, ἢν δὲ μὴ θέλω, κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι. v. Epictet. manual. 52. Diss. 4, 1, 131. Sen. epist. 107. 11.

oratius Flaccus, Oden und Epoden. Von C. W. Nauck. 15. Aufl.,
von O. Weissenfels. [XLV u. 344 S.] geh. ℳ 2.25, geb. ℳ 2.75.
Ovidii Nasonis metamorphoses. Auswahl für Schulen. Mit
erläuternden Anmerkungen und einem mythologisch-geographischen
Register versehen von J. Siebelis. Zweites Heft, Buch X—XV und
das mythologisch-geographische Register enthaltend. In achter
bis dreizehnter Auflage besorgt von F. Polle. Vierzehnte Auflage
von O. Stange. [VIII u. 178 S.] geh. ℳ 1.50, geb. ℳ 2.—
latons Verteidigungsrede des Sokrates und Kriton. Für den
Schulgebrauch erklärt von Chr. Cron. Elfte Auflage bearb. v. H. Uhle.
[VI u. 164 S.] geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.40.
lautus, ausgewählte Komödien. Von J. Brix. 4. Bändchen:
Miles gloriosus. 3. Aufl., bearbeitet von M. Niemeyer. [VIII u.
172 S.] geh. ℳ 1.80, geb. ℳ 2.30.

Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana. [8.]

Donati quod fertur commentum Terenti. Accedunt Eugraphi
commentum et scholia Bembina. Rec. P. Wessner. Vol. I. [L u.
542 S.] geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 10.80.
Gellii Noctium Atticarum libri XX. Post M. Hertz ed. C. Hosius.
Vol. I/II. [LXIV u. 750 S.] geh. ℳ 8.80, geb. ℳ 9.—
Georgii Acropolitae opera recensuit A. Heisenberg. Vol. I. [XXIV u.
367 S.] geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 9.—
Heronis Alexandrini opera quae supersunt omnia. Vol. III v.
H. Schöne. Mit 116 Fig. [XXII u. 366 S.] geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 9.—
Hesiodi carmina rec. A. Rzach. [IV u. 228 S.] geh. ℳ 1.50, geb. ℳ 2.—
Lycurgi oratio in Leocratem. Post Carolum Scheibe edidit
Fridericus Blass. Editio stereotypa minor. [62 S.] geh. ℳ —.60,
geb. ℳ —.90.
Mythographi Graeci. Vol. III fasc. II: Palaephati Περὶ ἀπίστων,
Heracliti qui fertur libellus Περὶ ἀπίστων, Excerpta Vaticana
(vulg. Anonymus de incredibilibus). Ed. Nicolaus Festa. [LVI u.
128 S.] geh. ℳ 2.80, geb. ℳ 3.20.
Philostrati minoris imagines et Callistrati descriptiones recc.
C. Schenkl et E. Reisch. [LVIII u. 82 S.] geh. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.80.
C. Plinii Caecilii Secundi epistularum libri novem. Epistu-
larum ad Traianum liber. Panegyricus. Rec. C. F. W. Mueller.
[VII u. 392 S.] geh. ℳ 2.80, geb. ℳ 3.40.
Pseudacronis scholia in Horatium vetustiora rec. Otto Keller.
Vol. I. Schol. AV in carmina et epodos. [XIV u. 480 S.] geh.
ℳ 9.—, geb. ℳ 10.—
Ptolemaeus, Claudii, opera quae exstant omnia. Vol. I ed.
J. L. Heiberg. Pars II, libros VII—XIII continens. [IV u. 608 S.]
geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 13.—
Remigii Autissiodorensis in artem Donati minorem commentum.
Ad fidem codicum manu scriptorum edidit W. Fox S. J. [XII u. 100 S.]
geh. ℳ 1.80, geb. ℳ 2.20.
Senecae, L. Annaei, tragoediae recc. Rudolfus Peiper et Gustavus
Richter. Peiperi subsidiis instructus denuo edendas curavit Gusta-
vus Richter. [XLIV u. 500 S.] geh. ℳ 5.60, geb. ℳ 6.20.
——— Supplementum edidit Fridericus Haase. Accedit
index rerum memorabilium. [XI u. 121 S.] geh. ℳ 1.80, geb. ℳ 2.40.
Thucydidis historiae rec. C. Hude. Vol. I: libri I—IV. Ed. min.
[361 S.] geh. ℳ 1.20, geb. ℳ 1.80.